BIBLIOTECA NAZ
D. 4
XVIII
G
24
BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
XVIII
G
24
NAPOLI
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

GEORGII MELCHIORIS DE LVDOLF DE IVRE FOEMINARVM ILLVSTRIVM TRACTATVS NOMICO - POLITICVS.

Digitized by Google

Digitized by Google

GEORGII MELCHIORIS
DE LVDOLF
ALIAS LEVTHOLF DICTI
DE
IVRE
FOEMINARVM
ILLVSTRIVM
TRACTATVS NOMICO-POLITICVS
AD
IVRA GERMANIAE
POTISSIMVM ACCOMODATVS.
EDITIO ALTERA
LOCVPLETATA, CVMPRIMIS
DOCVMENTORVM ET EXEMPLORVM
INSIGNIVM COPIA
QVIBVS ARGVMENTVM
ILLVSTRATVR.
PRAEMISSA SVNT SVMMARIA
ET
ANNEXI INDICES NECESSARII.

B. R.
BIBLIOTECA NAZIONALE "VITTORIO EMANUELE III"
NAPOLI

IENAE
APVD IOAN. FELICEM BIELCKIVM
M DCC XXXIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRAEFATIO.

QUam in Præfatione noviſſima ad Tractatum de *Introductione* Juris *Primogenituræ* de abſolvenda mox Editione nova Tractatus *de Jure Fœminarum Illuſtrium*, dedimus fidem, liberare jam voluit, maturationem typi exoptans, Bibliopola honeſtiſſimus. Nihil autem ad hoc Opusculum præfandum habeo amplius, poſteaquam in prælocutione præcedente ea quæ opus erant, anticipata fuere.

Unum eſt, quod Lectori benevolo ſignificandum eſſe putavi: Cum per occupationes officii temporis ſpatium habuerim anguſtiſſimum ad ordinanda, quæ pro recudendo tractatu erant neceſſaria, Bibliopola vero hanc omnem in ſe recepiſſet curam: Ego, diligentiæ ipſius confiſus, tradidi ipſi vetus libri exemplum a me paſſim auctum & ubi opus

Digitized by Google

erat correctum, una cum Documentorum copia magna ſecundum partes operis digeſtorum. Qua vero compendii ratione ductus ipſe, multa Documenta, quæ ad Illuſtrationem Materiæ ex rerum argumentis facere poterant, omiſerit, typis etiam præcedenti Tractatui non æqualibus uſus fuerit, hoc ipſi eſt relinquendum, cum eadem non fuerit ratio inſtituti mei. Optaſſem quoque, ut in Diſpoſitione numerorum vel litterarum, quibus continetur explicatio ſive Exegeſis ſingulorum paragraphorum, ordo magis concinnus & ad evolutionem facilior obſervatus fuiſſet. Nam, quod ad partis Secundæ Cap. I. §. 24. monendum eſt, exegeſis quæ ſequitur pag. 93. - 97. non debuerat conjungi, ſed quæ ad unumquemque numerum pertinent, cuique loco ſubjungi. Spem fecit quidem bibliopola curandæ Editionis Voluminis peculiaris Supplementorum, Documentorum, & Deductionum ad utrumque Tractatum facientium : Ego tamen ea in re, tametſi materia ampliſſima ſim inſtructus, potioremque partem præſenti Editioni adjungendam conſtituiſſem, ipſique tradidiſſem, ſpondere aliquid hac tempeſtate non poſſum, ſed relinquendum putavi conſilio ulteriori, tempori atque Lectorum expectationi. Quos, ut ſtudiis meis, ſicuti factum eſſe huc usque gratiſſimamente agnoſco, favere dignentur in poſterum, officioſiſſime rogo.

SVMMA-

Digitized by Google

SVMMARIA TRACTATVS DE JVRE FOEMINARVM ILLVSTRIVM.

CVM INTERJECTIS NONNULLIS EXPLICATIONIBVS.

PROOEMII

§. I.

OMnis Sexus illuſtris intelligitur in hac tractatione, ubi reſpiciemus potiſſimum ad Leges moresque patriæ.

§. II. III. IV. Sententiæ JCtorum diverſæ de Jurisprudentia Germanica. Uſus Juris Romani in Cauſis publicis.

§. V. Judicium de diſſenſu. Quid Jus publicum, quid privatum. Romanorum Jus auctoritate publica receptum. Utimur eo, non neglecto Jure Germaniæ domeſtico.

§. VI. Ordo tractationis.

PARTIS I.

§. I. Alia illuſtrium perſonarum jura ſunt peculiaria, pleraque cum inferioris conditionis fœminis communia. Utrique ſexui communia ſunt jura tum familiæ paternæ, tum poteſtatis patriæ. De legitimatis, ex matrimonio ad Morganaticam natis. (*a*) De Parentum illuſtrium in liberos poteſtatis, in variis Articulis, & Emancipationis uſu in Germania. (*b*)

§. II. Prærogativa communis eſt etiam, quod maturius quam adoleſcentes adoleſcant & ad nuptias progrediantur. De præmaturatis matrimoniis illuſtrium. An Puberes promiſſioni ſponſaliorum ſtare teneantur. Exemplum *Ludoviti XIII.* Regis Galliæ & alia Principum. (*d*)

§. III. Jura matrimonii fœminæ illuſtres cum plebejis fere habent communia. An uxor indiſtincte mariti nobilitatis fiat particeps. Probatur ſententia, quæ diſtinctione graduum utitur.

§. IV. Qui fuerint Plebeji? Qui nobiles in Republica Romana? Origo & ordo Nobilitatis. De Equitibus Romanis. (*f*)

§. V. Imperatorum tempori debentur gradus titulorum & dignitatum. De titulis: *Nobiliſſimus, Illuſtris, Spectabilis, Clariſſimus, perfectiſſimus, egregius.*

§. VI. Fœmineus ſexus apud Rom. habuit nullam dignitatem, niſi per parentes & maritos acquiſitam. Inter Patricios & plebejos matrimonia non erant promiſcua. Quod ſequenti tempore tamen invaluerunt, tempore veterum Rom.

imper. in uſu fuit novæ nobilitatis collatio in utroque ſexu.

§. VII. Nobilitas vel ſuperior vel inferior. Gradus inferioris Nobilitatis. De Prærogativa inter Comites, Barones & Nobiles. (*l*) Diſtinctio inter Nobilitatem novam vel antiquam. Ad dignitatem evectus plebejus, fit nobilis. (*n*)

§. VIII. Status fœminarum inter Germanos. Hi averſati ſunt conjugia inæqualia.

§. IX. Introducta conjugia inæqualia ætate recentiori.

§. X. Uxores Comites per matrimonium cum Principe fiunt Principes & retinent dignitatem Viduæ, perdunt ſi rurſus Comiti nubant. Stylus titulorum. (*o*)

§. XI. Si Princeps vel Comes inferiorem ducat, aliud eſt dicendum. Exempla impetratæ ſuperioris dignitatis. (*a*) *ſeqq.* Comparatio tituli *Hochgebohren* & *Durchleuchtig.* (*b*) De Catharina Brandſteinia, Wilhelmo Sax. Duci nupta. (*c*) Alia Exempla inæqualis conjugii. Quid ſint *Meſſalliances.* Liberi ſequuntur dignitatem & jura parentis. De legibus familiarum ad evitanda conjugia inæqualia. An præſtet interdum impar æquali. 40.

§. XII. Nobilis plebejam ducens eam nobilitatis non participat. Quæ dicatur plebeja, Expl. L. 1. Cod. de dignit. & Jus Prov. Saxon. (*a*) plebeji non ſunt quorum Parentes ad dignitates in Republica evecti. Nobilitas officio in Republ. natura ineſt.

§. XIII. Ulterius probatur theſis & oſtenditur, Æqualitatem inter Conjuges non eſſe a natura conjugii. Titulorum inter Electores & Principes differentia. (*d*)

§. XIV. Fœmina Princeps Comiti juncta ſuam dignitatem non amittit. Ordo tituli. (*a*) De præcedentia Principis fœminæ Comiti nuptæ. (*a*) De Catharina Brunſuicenſi nupta Comiti Schwarzburgico. (*a*) Imperatores & Reges uxores ſuas poſſunt renunciare Auguſtas, Reginas: non æque Regina maritum facit Regem. De præcedentia inter Auguſtæ Aulæ Magiſtram & uxores filiasque Principum Imperii. An fœmina nobilis, die eine Fürſtliche Hoffmeiſterin iſt, Comitum uxores vel viduas antecedat? (*c*)

§. XV. Dignitas uxoris in matrimonio ad Morganaticam. Requiſita hujus matrimonii. An filius ex tali matrimonio natus jura paterna adquirat. Negatur.

§. XVI. Dignitas uxoris an conferatur marito? Liberi ſequuntur ſtatum patris.

§. XVII. De Imperio mariti in uxorem. In Regibus Jurisdictio ſumma cum Imperio matrimoniali non eſt confundenda. Miniſter ſacrorum juſſu Principis verba de conditionibus duris matrimonii ex Geneſi omittere poteſt? (*b*) de Henrico IV. Galliæ R. Mariti Mariæ Stuartæ Scotiæ Reginæ, Henrici Darlæi, auctoritas per imperium uxoris civile fuit infracta. (*c*)

§. XVIII. Viduæ maritorum defunctorum fruuntur dignitate & foro. In Gallia non erat permiſſum, ut Vidua Jo. Caſimiri R. Poloniæ titulo Reginæ uteretur. (*a*)

§. XIX. Imperium civile marito, qui ſummus in Republ. non eſt, in uxorem non competit, neque patri in liberos neque primogenito in apanagiatos, neque id ex Superior. Territ. recte infertur. (*a*) Summi autem Monarchæ jurisdictionem in uxores exercent.

§. XX. Neque in delictis Principes habent in uxores jurisdictionem, fidei ſuſpectas tamen poſſunt conſortio excludere, imo cuſtodia coercere. An Princeps a vinculo matrimonii ſeipſum diſſolvere poſſit: Quis Judex in cauſis matrimonialibus. Sententiæ diverſæ. Noſtra ſententia.

§. XXI.

§. XXI. De gradibus in matrimonio principum prohibitis.

§. XXII. Fœminæ illuſtres cum maſculis parem habent libertatem matrimonia ineundi. Quid ſi fœmina illuſtris eligat Eccleſiaſticum ordinem? de conſenſu paterno, fraterno Exempla. (*a*)

§. XXIII. Religionis diſſenſio non impedit matrimonia illuſtrium perſonarum.

§. XXIV. De tutela fœminarum illuſtrium. Materna Tutela non improbata. Diſtinctio H. Grotii in Regna patrimonialia & legitima improbata, & quod teſtamenti factio juris naturalis eſſe dicatur. (*d*) Probatur diſtinctio inter tutelam regni & perſonæ pupilli. ibid.

§. XXV. Tutela materna inter Principes Imperii hodie adhuc locum habet. In Saxonica familia Mater ſola non eſt Tutrix. Num Noverca tutrix eſſe poſſit?

§. XXVI. Exempla tutelæ maternæ inter proceres Germaniæ.

§. XXVII. Solennia tutelæ ſuſcipiendæ in illuſtribus fœminis Peculiaria familiæ Saxonicæ. De Curatore Tutricis. Dignitas atque utilitas Conſiliorum Ordinum Provinciæ. (*f*)

§. XXVIII. Matres tutrices in adminiſtratione ab aliis tutoribus non differunt, Negotia per Miniſtros Aulicos gerunt utiliter.

§. XXIX. De Curatoribus Mulierum ex Jure Rom. & Germanico, Illuſtres, quæ Regalia adminiſtrant, non opus habent Curatore, quæ non adminiſtrant, opus habent, ubi Curatela recepta, ut in Saxonia, ſc. in judicialibus. Differentia tutelæ Mariti & Curatoris. (*d*) Familia Saxonica illuſtris utitur jure Saxonico: (*f*) Renunciatio filiarum illuſtrium fit judicialiter: (*h*) Fœminæ reſtituuntur in integrum non jure minorum, ſed ut majores. (*k*)

SVMMARIA.

PARTIS II. CAPVT I.

NVMERI INTERJECTI EXEGESIN RESPICIVNT.

§. I.

SIngularia fœminarum illuſtrium tradere eſt animus, ubi non excluduntur communia cum aliis fœminis & maribus.

§. II. Ordo dicendorum.

§. III. In negotiis, quæ inter vivos dicuntur, parum eſt diverſitatis. Utuntur illuſtres regulariter Jure privatorum. Inter illuſtres tamen, qua regalia habent, ſingulare aliquid occurrit circa uſum *Scti Vellejani & donationes* inter vivos. Id quod latius oſtenditur in Exegeſi de *uſu JCti Vellejani* in genere, n. 2. 3. in ſpecie diſtinguitur inter fœminas, quæ regalia habent. n. 4. & quæ non habent, ſed nec in his magnum eſſe uſum SCti, poſtquam renunciationes admiſſæ. Abuſus formularum quibus renunciatio SCti Vellejani inſeritur n. 5. *In donationibus* parem eſſe fœminarum cum maribus conditionem, inſinuationem neceſſariam, n. 7. niſi donatio fiat ſubdito n. 8.

§. IV. Tenentur illuſtres ſolennitatibus ultimarum voluntatum: Circa adquiſitionem fœminarum illuſtrium cum inferioribus par eſt conditio. Circa pacta ſucceſſoria eadem, quæ in viris illuſtribus eſt ratio. In Exegeſi defenditur ſententia de ſolennitatum in teſtamentis illuſtrium neceſſitate, n. 2. *Pacta Succeſſoria* Jure Romano eſſe invalida, polıtiva, reciproca, per contractum, neque firmari jurejurando n. 3. Negativa etiam ſive conſervativa & acquiſitiva. n. 4. Ubi qui ſit effectus, conſenſus tertii. Neque renunciativa valere, quæ tamen jurejurando firmari tradant JCti. n. 5. ubi de differentia ſexus virilis a fœmineo n. 7. Referuntur rationes prohibitæ conventionis de ſucceſſione Jure Romano, prima, ſecunda, tertia n. 8. & examinantur, *prima*, eſſe tantum civilem rationem de voto captandæ mortis, n. 9. non naturalem, quod probatur Juris Romani rationibus & auctoritatibus JCtorum n. 10. *Secunda* de modis acquirendi hæreditatem, etiam mere civilem eſſe n. 11. *Tertia* de libertate teſtandi, non magis eſſe naturalem, cum nec ipſa teſtandi facultas ſit naturalis ſed civilis, quod oſtenditur. n. 12. An receptum ſit hoc in articulo Jus Romanum inquiritur n. 13. & negatur teſtimoniis JCtorum celebrium varii temporis & locorum n. 14. additur Exegeſis de incertitudine legislationis, ambiguitate, JCtorum, cautelis n. 15. uſu & obſervantia n. 16. ubi de *Confraternitatibus* illuſtr. n. 17.

§. V. Antiquiſſimis Germaniæ legibus fœminis parum tributum fuit in ſucceſſionibus tum Feudorum tum Allodiorum, quibus deinde, recepto Jure Pontificio, Juſtiniano plus indultum. Exponitur in Exegeſi *Origo feudorum* a Franciæ regibus & modus transferendi, remiſſive n. 3. *Allodii* Appellatione denotari omnem poſſeſſionem hæreditariam, non ſolum avitam n. 4. Leges antiquæ de excluſione fœminarum latæ, remiſſive n. 5. de Origine *legis Salicæ*, quæ male cum origine trium Liliorum in Inſignibus confundatur n. 6. Civilem eſſe rationem, quæ excludit fœminas non naturalem, oſtenditur contra *Paganinum Gaudentium n. 7.* Sed tamen rationi & æquitati non adverſum, ſi excludantur. n. 8.

§. VI. Fœminæ in feudis propriis non ſuccedunt neque in impropriis, niſi ſit fœmineum aut pactum vel conſuetudo probetur. In *feudis* quæ dicantur *eſſentialia* ſive, conceptus primus n. 2. *Subſtantialia* n. 2. *naturalia* n. 2. doctrinam de feudis iſtis terminis opus non habere. n. 3. Feuda primitus unius tantum fuiſſe generis. n. 4. occaſio mutationis n. 5. feudum fœmineum quod dicatur. n. 6. 7. voce Mann-Lehn non deſignari ſemper feudum maſculinum n. 8. quod ratione, exemplis & auctoritatibus oſtenditur. 8. Tochter-Lehn quid n. 9.

§. VII. In Allodiis fœminas hodie regulariter ſuccedere, niſi excluſio probetur, quæ non eſt injuſta.

§. VIII. Tranſitus ad ſequentia. Cauſæ multarum controverſiarum inter homines. Juris & Interpretum ambiguitas.

§. IX. Quæſtiones controverſæ proponuntur, (I) verbis *hæredum quorumcunque* in feudis non denotari fœminas, neque ſignificari feudum hæreditarium. Neque ſequi: eſt hæreditarium, ergo fœminæ ſuccedunt. n. 8. (II) *hæreditarium feudum* a feudo *ex pacto & providentia* aliter quam ſucceſſorum diverſitate non diſtingui, quod latius in Exegeſi oſtenditur, adducto diſſenſu JCtorum n. 9. veriorem eſſe ſententiam, quæ a regula minimum deflectit, cum diſtinctio Juri non ſit conveniens n. 10. Origo diſſenſus JCtorum n. 11. Uſum Curia-

rum

rum esse attendendum Erb-Lehn plerumque ad fœminas transire n. 12. Filio si sit permissum repudiata hæreditate feudum retinere, quod extra Saxoniam in Imperio observatur n. 13. omnis hæreditarii appellatio concidit. n. 14. In Saxonia non licet filio repudiare feudum cum Allodio in fraudem creditorum n. 15. dari etiam in Germania feuda *mere hæreditaria*, quæ ex usu tantum sunt dignoscenda n. 16. Exhæredato filio vel prætento deberi successionem feudi cum onere æris alieni, in subsidium n. 17. Textum 2. F. 45. de feudo novo tantum esse intelligendum. n. 18. argumentum ab obligatione æris alieni ad obligationem ex conventione antecessoris vasalli v. g. circa consensum in alienationem n. 19. filium ex *Jure primogenitura* succedentem non teneri, ne quidem si dominus consenserit n. 20. (III) Excludi itaque fœminam a feudo hæreditario n. 21. nisi consuetudo probetur contraria ibid. Item a Feudo Franco n. 22. inprimis si quæstio sit de feudis dignitatum. n. 22. Conditionato 23. Oblato n. 24. Censuali, n. 25. Emto n. 26. Jure Sax. quando succedant filiæ in partem pretii n. 27. Quid si sit emtum cum pacto de retrovendendo n. 28. emtor feudi reservat hæredibus suis allodialibus summam certam pecuniæ a successore extraneo. n. 29. Pignoratitio, ubi habet filia Jus retentionis n. 30. differentia feudi oppignorati a Pignoratitio n. 31. Ab Ecclesiastico. Exempla consuetudinis contrariæ & cautelæ n. 32. (IV) In feudo *Vasallo & filiabus* concesso nepotes non succedunt. n. 33. (V) An fœmina semel exclusa semper excludatur. Dissensus JCtorum n. 34. 35. (VI) nepos ex sorore excludit neptem ex fratre n. 36. (VII) de *præsumtione* successionis fœmineæ a Regula non facile deflectendum, quæ pro masculino habet feudum in dubio (VIII) non potest ad fœminam transferri feudum cum potestate alienandi concessum. De interpretatione istius privilegii n. 37. Quid si pro lubitu sit concessa potestas alienandi? n. 38. Agnatos posse reluere feudum ita alienatum, cui tamen reluitioni non præscribatur annuo spatio n. 39. esse tale pactum vasalli cum domino reale, non personale. n. 40. (IX) Apertius erat loquendum ei, qui vult Provinciæ Jure ad fœminas feudum transferri, si hoc non sit additum. n. 41.

§. X. Quæ hucusque dicta, etiam in feudis Imperii obtinent. Lege tantum civili non natura excludi fœminas a successione, quod illustratur. Origo fœminarum successionis in feudis Imperii, & occasio n. 4. 5. Exempla territoriorum, in quibus fœminæ succedunt, auctoritate Scriptorum enarrantur. Austriæ n. 6. 7. Lotharingiæ. n. 8. Juliaci & Cliviæ n. 9. digressio de controversia successionis Juliacensis n. 10. Aliorumque plurium n. 11. usque 17.

§. XI. Observata tria (I) Territoria quædam olim ad fœminas translata hodie non transferri vid. n. 4. (II) controversiarum decisionem esse valde obscuram n. 5. regulam non valere a feudis oblatis ad successionem fœminarum. 6. (III) Jus Imperii feudorum ab aliis non differre modo habendi, conservandi, amittendi. Differentia a Longobardicis feudis n. 7. An superioritas efficiat feudum regale in Germania Neg. n. 8. Omnem superioritatem non haberi pleno Jure n. 9. de usu Juris Longobardici in Germania in Feudis Imperii n. 10.

§. XII. Casus speciales controversi (1) an fœminæ excludant masculos alterius lineæ in territorio, quod olim ad fœminas transiit, si

facta ſit linearum ſeparatio perpetua n. 7. (II) An ſi diviſio tantum facta ſit territorii? ubi notatur Schilterus n. 8. 9. (III) An a more ſuccedendi provinciæ ad territorium valeat conſequentia, n. 10. (IV) de pacto ſororum, ut maſculus natus excluderet filias, remiſſive n. 11. (V) de teſtamento quo Jus primogenituræ introduceretur, ita ut fiat ſaltus inter collaterales ab una linea ad aliam. n. 12.

§. XIII. Fœminas illuſtres non prohiberi introducere Jus primogenituræ. Confirmationem Cæſaream eſſe neceſſariam ad Introductionem Juris primogenituræ. n. 2.

§. XIV. De ſucceſſione fœminea *in Allodialibus* præmittuntur, quæſtiones in ſeqq. reſolvendo.

§. XV. Duplex perſonarum illuſtrium reſpectus privatus & publicus. Negotia quæ publica quæ privata. Succeſſiones in Allodialibus eſſe partim *publicis Juris*, ſi quæſtio ſit de territorio n. 2. 8. dari enim territoria Allodialia remiſſiue. n. 4. 9. partim *privati*, in rebus ad territoria non ſpectantibus. Quid cenſeatur ad territorium pertinere. 5. Privato Jure Provinciæ non uti Illuſtres, niſi receptione libera. 6. 7.

§. XVI. Quæ res allodiali hæreditati accenſendæ. 1. Non ſequitur, eſt Allodium, ergo quibuscunque hæredibus debetur, territoria Allodialia ad maſculos regulariter tranſire. n. 2. 12. & individua eſſe. n. 13. ubi de Juris primogenituræ utilitate præ communione regiminis n. 13. 14. Acceſſiones etiam ſequi territorium, quod exemplis probatur & auctoritatibus n. 15. *Axioma rem in dubio haberi pro Allodiali*, quomodo locum habeat v. n. 3. 16. *Meliorationes* allodio accenſeri ex ſententia communi, ubi de Jure Saxonico n. 5. 17. In feudis & Allodiis Imperii eam regulam locum non habere diſſentientes in exemplis ſpecialibus vid. n. 18. 19. Omnia quæ ad dignitatem & ſecuritatem ſunt comparata territorio cohærere & ad publicum patrimonium pertinere: quod in exemplis demonſtratur n. 20. ubi de legionibus militum, non recte concludi: lucrum ex iis quærit princeps, ergo ſunt inter allodia referenda n. 6. 21. Rejicitur definitio inter ſucceſſores, an ſit ex poſteris primis adquirentis an aguatus n. 10. 22. 23. ad Exempla in Palatina familia reſpondetur & ex Actis noviſſimæ controverſiæ Palatinæ dicta illuſtrantur. n. 24. 25. de Acquiſitis novis diſtinctio obſervanda n. 26. Ratio cur Jura filiarum illuſtrium expreſſe non definiantur pactis n. 26. 27.

§. XVII. Fluctuantes JCtorum ſententiæ, cautela, ut pactis proſpiciant ſibi familiæ illuſtres, non tamen ſequi: pactis aliquid fuit definitum, ergo ordinario Jure non obtinet. n. 1. 4. Uſus & ratio pactorum, quibus filiæ hæreditati renunciant. n. 3. 5. etiam in nobilium familiis. n. 6.

§. XVIII. De vi pactorum inter illuſtres remiſſive. In Exegeſi quæſtio tractatur: *an Juri communi liceat pactis derogare.* Quæ affirmatur argumento legislatoriæ poteſtatis Principibus & Statibus Imperii contra Jus commune competentis n. 7. ubi de Jure naturæ n. 2. 8. legibus poſitivis Imperii n. 9. Jure Provinciali n. 9. 10. Applicatio dictorum ad pacta familiaria illuſtrium n. 11. Interpretatio pactorum quomodo facienda n. 12. Pacta contrariis pactis naturali ratione tolli. An etiam ſolius Principis

cipis voluntate qui caput familiæ eſt? 4. Illuſtratur quæſtio exemplo pacti renunciativi & diſtincte decidituꝛ. In Exegeſi de *Capite familiæ* diſſeritur ejusque appellationis origo & vis, differentia etiam a directorio familiarum communione utentium explicantur. n. 13.

§. XIX. *Renunciationes* eſſe liberas n. 1. 6. naturales non eſſe rationes Juris Romani, quæ renunciationes hæreditatum prohibent, probantur n. 7. Irritam eſſe renunciationem ob defectum conſenſus n. 8. non ſemper ob defectum informationis vel ut loquuntur, certioracionis, n. 9. 10. An Jusjurandum ſuppleat hunc defectum. n 17. Quid ſi dubia ſit certioratio? n. 18. Uſu familiarum illuſtrium, certioratione ubivis opus non eſſe, n. 19. An defectus Curatoris vitiet renunciationem? remiſſive n. 14. An vitioſa renunciatio Jurejurando confirmetur? defenditur ſententia, jusjurandum ad formam renunciationis, quæ vim ei tribuat, non requiri n. 16. Origo ſententiæ contrariæ communis n. 17. Potuiſſe igitur omitti jusjurandum. Ratio cur adhibetur n. 17. 18. neque Pontificio Jure eſſe neceſſarium n. 18. concluditur invalidum Jure renunciationem jurejurando non firmari n. 19. diſtinguuntur tamen quæſtionis Juris & Præjudicii n. 19. ſeq. Relaxatione quando hoc caſu ſit opus? Origo relaxationis & differentia ab Abſolutione n. 20. per Jusjurandum non contrahi vinculum inter Deum & hominem n. 21. uſus relaxationis inter Proteſtantes & ratio n. 22. Peti relaxationem a ſuperiore & eſſe fori Politici n. 23. Pontificio Juri deberi ſeparationem Judicii Civilis & Eccleſiaſtici, libere tamen ſeparari cognitiones cauſarum in diverſis Collegiis, ubi cur Theologi ad Conſiſtoria Eccleſiaſtica adhibeantur. n. 24. Complexus exceptionum renunciationibus factis oppoſitarum remiſſive n. 26. 27. 28.

§. XX. Renunciationes ſunt in familiis illuſtribus quandoque adeo neceſſariæ, ut quamvis non fiant, tamen excludantur fœminæ a ſucceſſione, quod exemplis demonſtratur. n. 3. 4. Pactum confraternitatis excludit fœminas ab omni ſucceſſione etiam in Allodiis & Mobilibus, fruſtranea ergo eſt reſervatio hæreditaris in formulis renunciationum. n. 4.

§. XXI. Uſus Jurisjurandi in renunciationibus, quæ non fieri ſolent regulariter, quam ſi matrimonium contrahunt fœminæ, cautela proponitur. n. 3.

§. XXII. Hæredes renuncianꝛis fœminæ teneri renunciatione facta, quod in exgeſi plenius deducitur n. 2. 3.

§. XXIII. An inſinuatione Judiciali opus habeat renunciatio ſicut donatio. Neg.

§. XXIV. *Exempla Controverſiarum* illuſtrium partim judicatarum partim transactarum proponuntur. *Primum* exemplum de vi pacti antiqui renunciativi filiarum, cui per pacta dotalia fuit derogatum, ubi diſſeritur de intentione paciſcentium & libertate retenta. I.

II. *Alterum* exemplum: ubi quæſitum, an Nepotes teſtamento aviæ hæredes nominati per renunciationem matris excluderentur ab hæreditate diſſenſus JCtorum n. 56.

III. *Tertium:* Pactum utriusque ſoceri de dote filiæ promiſſa non ſolvenda, inſciis liberis initum, dos deinde a patre perita una cum materna hæreditate, Jus in maritum donatione translatum.

IV. *Quartum :* pactum de ornamentis patri reſtituendis, ſi ſine liberis decederet filia, donatio tamen marito facta, & ab hoc alteri uxori n. 57.

V. *Quintum :* Transactio de hæreditate, cui filiæ renunciaverant, a qua de Jure excludi poterant nepotes ex filiabus, Rationes transactionis n. 58.

VI. *Sextum :* Transactio cum filia de paterna hæreditate, cum tamen fuiſſe dotata.

VII. *Septimum* de Gerada filiarum illuſtrium. n. 59.

VIII. *Octavum*: Renunciatio valida etiam non jurata, querela læſionis in legitima non admiſſa, vid. n. 61. Conſenſus mariti an neceſſarius n. 60. Vis verborum bey Fürſtl. Gräffl. Adel. Ehren, wahren Worten, treuen n. 62.

IX. *Nonum :* Renunciatio cum reſervatione ſi maſculi defecerint matre pendente conditione defuncta. Filia admiſſa defunctis maſculis n. 65. quam partem faciat ſi concurrat cum avunculi filia n. 65.

X. *Decimum :* Filia renuncians non dotata vel in legitima læſa, quando poteſt dicere nullam renunciationem, quando pro dote actionem habeat, legitimam dotem non eſſe eam, quæ ſit æqualis portioni legitimæ n. 66. maternam hæreditatem non intelligi in renunciatione niſi exprimatur n. 67. illuſtres filias indotatas non eſſe, notatur Reſponſum Tubingenſe apud Beſoldum n. 68.

XI. *Undecimum :* Interpretatio renunciationis ex pactis dotalibus, quibus promiſſa erat, eſt facienda.

XII. *Duodecimum :* Filiæ ab Agnatis ab omni Allodiali hæreditate excluſæ nullius pacti interventu. Alienatio irrita particularum feudi filiarum favore, etſi a Wenceslao Imp. confirmata n. 69. Renunciantem filiam paternæ hæreditati etiam fraternæ renunciare n. 70.

XIII. *Decimum tertium :* Gerada cognatorum non agnita, pactis dotalibus Illuſtrium Jus Geradæ tolli. Juris provincialis ſolennibus Principes non teneri. In Exegeſi agitur de Juris Sax. diſpoſitione, qua Geradæ alienatio in maritum prohibetur. n. 71. Cur Exempla ſucceſſionis in Gerada hodie rara inter illuſtres n. 72.

XIV. *Decimum quartum :* Reviviſcit Jus filiæ renunciantis cum conditione, ſi ſine maſculis deceſſerit frater, etſi maſculi fuerint nati, ſed defuncti.

XV. *Decimum quintum :* Senſus Formulæ renunciationis auf einen ledigen Anfall. Redintegratur Jus filiæ, quæ renunciavit fratribus, ſi fratrum ſtirps maſculina defecerit. n. 73. dari ei autem actionem contra filiam defuncti, quæ poſſidet hæreditatem non contra ſucceſſorem feudi vel fideicommiſſi. n. 74.

XVI. *Decimum ſextum :* In Portione hæreditatis cui filia renunciavit fratris favore, defuncto fratre uno, ſuccedunt fratres aliqui & defunctorum nepotes in ſtirpes.

XVII. *Decimum ſeptimum :* Doti maternæ renunciaſſe non cenſetur filia, quæ paternæ hæreditati renunciavit.

XVIII. An renunciatio filiæ impediat acquiſitionem ex teſtamento n. 75. & an præſumatur pater remiſiſſe renunciationem filiæ. Diſtinctio inter relictum titulo univerſali

verſali vel ſingulari examinatur, & notatur Kellenbenz. ibid.

XIX. *Decimum nonum:* Filiæ renunciantis hæredes obligati renunciatione materna.

XX. *Vigeſimum:* Hæreditatem fr[illegible]ra petit filia, cujus mater non renunciaverat quidem ſolenniter, ſed tamen de renunciando pepigerat, neque juvatur exceptione dotem tempore pacti non fuiſſe numeratam, neque exceptionibus læſionis, jurisjurandi deficientis &c. Fidem interpoſitam eundem habere effectum, quem habet jusjurandum n. 76. 77.

XXII. *Vigeſimum primum:* Irritum teſtamentum matris, quo filiæ hæredes nominatæ, quibus tamen ex pacto familiæ etiam maternæ hæreditati erat renunciandum. Matrem illuſtrem teneri ſtatutis familiæ in quam tranſit. v. n. 78.

XXII. Renunciatio tantum maſculorum favore a patre fieri juſſa. Bona acquiſita a fratribus non comprehenduntur ſub renunciatione, quæ fit in bona paterna.

XXIII. usque XXVII. Alia exempla controverſiarum apud comites & nobiles enumerantur.

§. XXVIII. Succeſſio regni Hiſpaniæ, cui renunciatum erat ſolenniter perfide petita. Auctores, qui hanc cauſam tractarunt, recenſentur. n. a.

SVMMARIA
PARTIS II. CAPVT II.

§. I.

ILluſtres fœminas in rebus quæ matrimonii reſpectum habent plerumque privatorum Jure uti. Peculiaria eſſe a pactis. Privatæ conditionis fœminas a dotalitii Jure non eſſe excluſas n. 3. Jus mariti illuſtris in res uxoris n. 4. Communio bonorum inter illuſtres Conjuges n. 5.

§. II. Vis pactorum dotalium Jure Romano. De ſucceſſione inita erant revocabilia, non item in ceteris, quod in Exegeſi illuſtratur. n. 2. Germanico Jure irrevocabilia ſunt etiam pacta dotalia illuſtrium, quæ de ſucceſſione diſponunt, cujus ratio datur. n. 3.

§. III. Si pacta dotalia non extarent, deberi tamen Conjugibus, quæ conſuetudine familiarum alias præſtari ſolent ex pacto tacito.

§. IV. Statutarium lucrum, an inter illuſtres habeat locum.

§. V. Complexus Jurium fœminarum illuſtrium, quæ intuitu matrimonii competunt (1) DOS, ubi in Exegeſi de Summa pecuniæ dotalis variæ conſuetudines referuntur n. 6: augmentum dotis ex pacto confraternitatis n. 6. cur dotis

tis quantitas adeo exigua, n. 7. pactum familiarum de quantitate dotis *recipiendæ* n. 8. Jus quæsitum filia ad Dotem petendam æqualem cum aliis filiabus elocatis n. 9. pacta familiarum de quantitate dotis *numerandæ* n. 10. pro regula immota non esse habenda. n. 11. Regiones hodie in dotem non dantur. Comitatus cujus hæres est fœmina, in dotem datus esse non censetur, si dos non fuit constituta n. 12. dos est onus territorii. Verum non est generaliter: respicere dotem illustrium interesse privatorum. Notatur Betsius n. 13. & Springsfeld qui in Saxonica gente ex domanio Principis deberi dotem asserit. n. 14. Usus vocis *domanii* improbatur n. 15. Cum itaque dos onus sit territorii, debetur etiam filiabus apanagiatorum n. 16. digressio de *Jure collectandi* subditos eorumque consensu per ordines Provinciæ alicubi requisito n. 17. non sequitur in universum: Ordines Consensum præstant, literas reversales accipiunt, ergo recusare consensum possunt, n. 18. Consensus ad dotem colligendam est necessarius n. 19. Alicubi liberius imperantur tributa subditis. Artes quibus id introductum n. 20. Imperatoris consensus quando necessarius. Ubi de collectis ad sumtus legationum Imperii nomine faciendos n. 21. (II) Quæstuer, quæ præstatio doti accensetur aliquando. Usus inter illustres: n. 22. (III) dote non constituta *alimenta* debentur. Cautela observanda & de portione statutaria. (IV) DONATIO PROPTER NVPTIAS. Usum ejus esse hodie, neque transfusa esse omnia donationis p. n. jura in dotalitium n. 23. differentia ostenditur utriusque n. 24. seqq. non traditur uxori donatio p. n. gauder tamen Jure hypothecæ, sed non prælationis n. 25. dotalitio non fruitur uxor, quæ dotem non intulit, sed tamen potest frui donatione propt. nupt. n. 26. quantitas donat. propter. nupt. n. 27. DOTALITII synonymia & origo a Germanis, Galli & Celtæ idem populus n. 28. differentia moris veteris a nostro n. 29. causa impulsiva dotalitii n. 30. definitio: est VSVS-FRVCTVS non Jus plenus ubi de cautione n. 31. PARTICVLÆ TERRITORII, unde distinctio dotalitii illustris a vulgari. n. 32. Objectum res mobilis, cautela, si substituatur pecunia n. 33. OB DOTEM ILLATAM, quæ est causa sine qua non, ubi de probatione & differentia inter filium & agnatum. n. 34. ET IN FEVDI VTILITATEM VERSAM, quæ vertio, quomodo fieri debeat, explicatur. n. 35. Vidua illustris post mortem mariti dotem an inferre possit? Aff. n. 36. Quid in concursu Creditorum? etiam inter illustres datum existere posse n. 37. de Jure hypothecæ Viduæ & prælationis, illo, non hoc gaudere Viduam illustrem. n. 38. Quid consequatur vidua, si bona creditoribus possideantur n. 39. Cautela fœminæ illustri observanda n. 40. optionem habet vidua, malitne dotem repetere an dotalitio frui n. 41. quando censeatur facta ista declaratio? n. 42. quid si conventum: dotem per dotalitium non absorberi? non esse consultum dotem, velut ferream semper constitui, quæ non absorbeatur. n. 43. pactum familiare suaderur, ne dos reperi possit. n. 44. An debeatur dotalitium dote non illata? Distinctio inter filium & Agnatum examinatur & inter illustres familias, quæ patrimonium publicum habeat, improbatur. n. 44. Continuatio definitionis. CONSTITVTVS VXORI ubi quæstiones ambiguæ, si sponsus sit mortuus ante benedictionem. ante concubitum, post concubitum & ante benedictionem, resolvuntur n. 45. A POSSESSORE TERRITORII constituitur etiam uxoribus apanagiato-

giatorum ubi occasione quæstionis an dotem lucrerur primogenitus? n. 46. De *Apanagii* & *Paragii* distinctione nonnulla adferuntur n. 47. resolvitur deinde quæstio propotita per distinctionem in apanagium *proprium* n. 48. ubi respondetur ad objectionem, & illustratur res exemplo n. 49. & *Improprium* n. 50. Possessor territorii constituit dotalitium sive sit agnatus sive Dominus feudi, si ad eum redierit n. 51. rati habere renentur ab anteccssore constitutum n. 52. quando consensu opus sit agnatorum, & an videantur consensisse signando pacti dotalis tabulas vel præsentes tacentes n. 53. de Domini feudi consensus 45. Imperatoris consensum in dotalitii illustri non requiri n. 54. formula consensus Agnatorum. n. 54. VIDVITATIS TVENDÆ CAVSA, ubi de quantitate dotalitii n. 55. dotalitium *impeditur* facto vel licito, reperitione dotis vel electione quarta, vel illicito. n. 56. An proscriptione mariti. n. 57. finitur morte, aliisque modis, ubi de secundis nuptiis n. 58. Formulæ dotalium pactorum n. 59. (V) MORGENGABA debetur etiam viduæ non iuveni n. 60. Morgengabs-Recht quid significet, n. 61. a quo debeatur, & an a successore n. 62. conventio ut revertatur Morgengaba ad hæredem mariti n. 63. differt Morgengaba a sponsalitia largitate n 64. Quantitas Morgengabæ n. 65. (VI) DOTALITII OCCVPATIO substituti quandoque pecuniæ summam cautela pro viduis illustribus. An teneantur consumere fructus dotalitii in territorio. n. 66.

§. VI. Articuli, de quibus in dotalibus pactis conventio fieri solet, enarrantur summatim.

§. VII. Transitus ad sequentia. In Exegesi ad Auctores de dotalitio fit remissio n. 2. & Spicilegium quæstionum celebrium exhibetur, dotis qualitas non mutatur defuncta uxore ante maritum n. 3. de Jure Retentionis viduæ illustris n. 4. Pensionibus dotalitii hæredibus solvendis, Excessu dotalitii a filio vel Agnato agnoscendo n. 5. Expectativarius etiam debet dotem. De Augmento dotis aucto territorio n. 5. de amissione dotis per impudicitiam. Filia nobilis rustico nubens dote non privatur neque alimentis relictis. n. 7.

§. VIII. Exponuntur conditiones conventionum dotalium speciatim & distinguuntur in TENVES, quæ recensentur in XVI. articulis.

§. IX. MEDIOCRES.

§. X. OPTIMAS.

§. XI. Epicrisis de eligendis conditionibus, evitandisque simultatibus.

§. XII. Conventiones de successione futura, ubi quæ sit earum ratio tolerabilior. Transitus ad *Exempla controversiarum illustrium* de dote, dotalitio, lucro dotis, donationis propter nuptias &c.

§. XIII. *Primum.* Casus dotis non absumtæ per dotalitium & ad liberos uxoris una cum donatione p. n. translatæ? ubi in Exegesi contrarium Responsum refertur, materiam dotalitii illustrans n. 4. cui respondetur in textu & in exegesi n. 5.

§. XIV. *Secundum*: varias continet quæstiones de Jure mariti in bona defunctæ uxoris, qui concurrebat in successione cum privigna, ubi in Exegesi de donationibus Conjugum, de solutione patriæ potestatis per matrimonium n. 6. de consensu parentum ad donationem. n. 7. de alienatione *Geradæ*. n. 4. 9. Geradæ filiarum & Cognatarum diversa,

sa. alia etiam est vulgaris nobilium, alia illustrium. n. 10.

§. XV. *Tertium*: pacta dotalia cum clausula potestatis **zu vermindern und zu vermehren** quomodo interpretanda. 1. 2. 3. De ista clausula in genere, in Exegesi n. 5. & de obligatione successoris agnati ex contractu antecessoris, ubi notatur Klokius n. 6.

§. XVI. *Quartum*: restitutio dotis ab hæredibus viduæ perita ideo, quod vidua tenuiori dotalitio, quam pacto dorali promissum erat, fuisset contenta.

§. XVII. *Quintum*: dos illata sed non versa in territorium, dotalitium negatum, variæ quæstiones incidentes retolutæ.

§. XVIII. *Sextum*: contractus matrimonialis cum pellice. Non intelligi nuptias non dotem non donat. propt. nupt.

§. XIX. *Septimum*: Controversia inter successores & hæredes viduæ de fructibus perceptis. n. 1. Sylvæ usufructu quid comprehendatur n. 3. An collectæ sint in fructu ubi de more, quo major summa a subditis exigitur, quam ad impensas publicas est opus. n. 4.

§. XX. *Coronis*: Casus notabilis, plerasque ferme quæstiones totius Tractatus comprehendens distinctis articulis recensitus. Summatim exhibentur quæstiones a n. I. - X. cum earum decisione remissive in Exegesi n. 18. ad finem.

§. XXII. Conclusio operis.

DE

DE

JVRE FOEMINARVM ILLVSTRIVM.

Procœmium.

§. I.

DE Fœminarum illuſtrium Jure commentaturi nonnihil, cum Virgines, tum matrimonio junctas, nec non ab eo ſolutas, viduas ſcilicet, omnemque fœmineum ſexum intelligi volumus, (a) non per univerſum juris campum ituri, & quæ utrique ſexui ſunt communia, vocabulo fœminino tantum adhibito, enarraturi. Sic enim inſulſus mea ſententia labor, futurusque eſſet minus acceptus; Sed ea præcipue, quæ ad fœminas illuſtres ſingulari quodam jure referuntur, niſi forte ex ordinis ratione communia quædam cum maribus adferre viſum fuerit, expoſituri : Quá in tractatione, tametſi ab exteris populis petita nonnunquam occurrent theſin illuſtratura, ad patrias tamen leges, patrios mores cumprimis reſpicere nobis eſt conſilium.

(a) *L. 25. §. 9. π. d. aur. & argent. leg. L. 81. §. 1. d. Legat. 3. L. un. C. de Raptu Virgin.*

§. II.

Atque ut à principio, quas leges patriæ, quosve mores ſequi conſtituerim, exponam, diverſas de Jure in Germania vigente JCtorum eximiorum ſententias referre non pigebit, eâ, quæ inſtituti ratio eſt, brevitate. Reduci autem poſſe videntur in univerſum ad partes duas. Altera in judicando normam ſibi aliisque ſequendam proponit atque præſcribit Jus Civile Romanum a Juſtiniano Imperatore in eum, quem habemus ordinem, redactum, exceptionem non aliter admittens, niſi ubi diverſum quid lege conſtitutum moribusque receptum eſſe clare fuerit probatum. (a) Sunt inter hujus ſententiæ fautores nonnulli eousque delapſi, ut Jura etiam Imperii Germanici publica ex Romanis legibus petenda eſſe velint, (b) cui extenſioni, etſi cetera non ita incongrue dicta, quid a *Conringio* aliisque fuerit oppoſitum, non eſt quod hic repetamus.

(*a*) Non laudabimus hic *Jacobum Maſſertium*, qui in libris de Legum Romanarum Juſtitia phaleris magis oratoriis, quam argumentis eſt uſus. Non etiam repetemus *Arthurii Duckii*, aliorumque Juris Juſtinianei commendationes, certi, ſua luce radiare Romanam Legis lationem. Magis ad rem facient teſtimonia virorum noſtra ætate in Jurisprudentia Germanica inprimis celebrium. *Taberis de Alt. tant. p. 4. art. ult. De Regimine Imper. Eccleſ. in præfat. Collat. Jur. Rom. & Hung. Sect. 3. p. 751. edit. Myl. Racemat. Crim. Art. 165. n. 9. ſeq. aliisque compluribus locis.* Mevii *quæſt. pralim. ad jus Lub. 7. n. 40. Struvii Ex. ad π. 2. th. 35. ſeq. Lyncheri Anal. ad Struv. dict. loc. & in Comment. ad π. tit. de orig. Jur. §. XII.*

(*b*) Quo nomine cenſuram incurrerunt *Reinkingius* Opere de regimine ſeculari & Eccleſiaſt. in quo accurationem Philoſophiæ & Politices fruſtra quæri, teſtis eſt *Lyncherus in Comm. ad Bœcleri Notitiam lib. 1. cap. 4.* *Paurmeiſterus* in Opere de Jurisdictione, quem antiquitatis Germanicæ imperitum fuiſſe doctorumque Juris Civilis tradita in his, quae ex recenti pendent uſu, male ſecutum, idem auctor nobis fuit. d. l. *Limnæus* in Jure publico, ob febriculoſam Juris Civilis oſtentationem Pufendorfio notatus, *Monzamb. præfat.* *Lampadius* in libello de Rep. Germ. quem in indagandis veteris Reipubl. Romanæ initiis & progreſſibus ſubſtitiſſe, non explicato Germaniæ vero Rejpublicæ regiminis modo, iterum *Lyncherus* ait, *Diſſert. de Fontibus deciſionum Illuſtr. in Jur. Publ.* & quem primo loco nominare debebam *J. Otto Tabor*, male habitus ea de cauſa à Contingio, cui tamen paria reddidit. Dubium non eſt, quin in materiis Juris publici tractandis uſus etiam eſſe poſſit Juris Civilis Romani; deſumi enim ex eo rationes elegantes, uberiorem recentiorum declarationem & progreſſum docet *Lyncherus dict. diſp. diſq. 1.* qui uſus inſtrumentalis negari non poteſt, vide *Kulpiſ. Poſit. Jurispubl. Exerc. 1. num. X.* Quodſi Juris publici vocabulum etiam ad omnia negotia imperantium, quâ acquiſitionem, fruitionem amiſſionemque, nec non ad politiam municipiorum in Germania referre placeat, civilis legislationis formam in Germania habebit etiam in his Jus Romanum. *Lyncherus Anal. ad Struv. tit. de Conſtit. princ. th. 36. Schilt. Ex. 1. §. 12. lit. f. Ex. 37. §. 34.* Quo etiam reſpicit *Obrechtus in Orationibus Auſpicatoriis de uſu juris Civilis in Controv. publ. & de Connexione Jurispublici & privati, quæ extant in operibus conjunctim editis p. 520. ſeqq.*

§. III.

Altera in parte inverſo ordine procedunt Juris Conſulti, leges conſuetudinesque Germaniæ domeſticas pro norma habentes, Jure vero Romano tanquam externo atque adſcititio non utentes, niſi in ſubſidium, ubi ex domeſtico cauſa decidi non poſſit. (*a*) Quos inter aliqui antiquitatis amatores nimii, omnia à Germaniæ populis veteribus antiquitus conſtituta, tum & redintegrato in Occidente imperio ab Imperatoribus cum Francicis tum Germanis ſancita, ad recentem uſum revocare annituntur, (*b*) majori quidem ratione quam priores, qui Rempublicam Germanicam ex Imperii Romani forma æſtimant, veruntamen ad uſum forenſem, experientia teſte, minus accommodate.

(*a*) *Kulpiſius in Diſſert. de legib. German.* olim ſub titulo *Conradi Sinceri* edita *pag. 386. ſeq. 390. ſeq. editionis diſſertationum auctoris in quarto*, qui tamen aliter docuerat Diſputat. de Adopt. & Emancipat. Principum. §. Hæc aperte, illa nomine tecto. *Strykius* diſcurſu prælim. Uſui modern. Pandectarum præmiſſo. §. 22. 27. 32. *Chriſt. Thomaſ.* in hiſtoria Juris §. 170. & diſcurſu de exiguo uſu Pandectarum in foris Germaniæ.

(*b*) In eo poſitum eſt ſtudium *Goldaſti* præfat. conſtitutionum à ſe editarum, quarum auctoritatem fluctuare maxime, multas in ſtatu turbulento editas, plerasque non adhibita forma, aliquas non promulgatas, antiquatas dudumque abolitas eſſe, Editorem etiam audacter addidiſſe & demſiſſe aliquid conſtitutionibus. *Lyncherus* tradidit *in Comm. ad Boecleri Notit. Imp.*

§. IV.

§. IV.

Mediam inveniſſe viam putarunt, qui Juris Romani auctoritatem dijudicant ex *aptitudine*, gloriamque reductæ in uſum alicujus legis ex Corpore Juris Juſtinianei, non mediocrem futuram exiſtimant: (*a*) Quae ſententia ut ſuis non deſtituitur incommodis, ita, dum ab iſtis alibi Romanum jus extollitur, alibi Germanico, ſi de Regula ſit quæſtio, poſtponitur, ambiguitatis non immeritò diceres eſſe ſuſpectos. (*b*)

(*a*) *Schilter. Praxi Juris German. Exerc. I. §. 12. v.* eundem *in Addit. poſt. Ex. 2.* Corollaria, cujus ſententiam cenſuræ ſubjicit *Kulpiſ. Diſſ. Diſſert. pag. 418. Thomaſ. Diſſert. de Uſu action. pœnal. §. 5. cap. 5.*

(*b*) Confer in Schiltero *Exerc. 1. §. 11. lit. a. & ſeq. §. 12. Ex. 37. §. 34. Ex. 49. §. 13. & 23. ad Inſtitut. tit. qui teſt. tut. dari poſſunt apb. 2.* cum *Exerc. 1. §. 11. lit. a. Ex 12. §. 11. Ex. 15. §. 9. ad Inſtit. de Jur. Nat. Gent. & Civ. apb. 17. Reſpondit auctor Kulpiſio in additamento poſt. Exerc. 2. Corollaria.*

§. V.

Enim vero ut omnis juris utilitas auctoritasque in applicatione ad negotia humana conſiſtit, ſi in quæſtione aliqua ad decidendum propoſita certum ſit, quid Jure Romano ſancitum, quid jure patrio receptum, inutilem plane eſſe exiſtimo disquiſitionem, quo jure pro regula, quonam exceptionis loco ſit utendum. Notæ ſunt inter Mathematicos contrariæ de motu ſolis atque terræ ſententiæ, quorum aliis ad evitandas innumerabiles motus varietates atque, ut ajunt, confuſiones, ſolem in centro univerſi immobilem conſtituere, terramque planetæ loco habere; aliis vero, quo minus a Sacri Codicis verbis abirent, terram in centro collocandam eſſe, ſolem vero cum planetis motu cuique tum communi tum proprio circumvolvi, viſum fuit. Computatio tamen motus juxta utramque hypotheſin ad dirigenda vitæ humanæ tempora, qui inſignis hujus diſciplinæ eſt uſus, ſi inſtituatur, calculum convenire utrinque, certe alterum ab altero non tantum abire, ut diverſitas emineat rei ſummam notabiliter immutans, ex Mathematicis audire me memini. Eundem ad modum, in quaeſtione propoſita, ſive deciſionem in jure Romano quærere incipias, atque in legibus patriæ atque moribus receptis deſinas, ſive reſolutionis initium a Germaniæ jure domeſtico facias, adhibita legislatione Romana in ſubſidium, ubi illud deficere animadvertitur, non diverſa exiſtet prudentum juris deciſio: modo extrema caveantur utrinque, ne ſcilicet *altera* ex parte patriæ leges aut mores, de quorum receptione non dubitatur, *altera*, negligantur Jura Romana, in iis ſcilicet, quæ ſpectant non ad Reipublicæ ſtructuram, quod Juris publici eſt atque ex ſolis domeſticis legibus petendum, ſed ad negotia vel privatorum, vel quæ Imperantes tum ſummi tum ſubordinati cum ſubditis habent communia, eaque ad jus privatum non minus referenda eſſe exiſtimo. (*a*) Ubi tamen quid ex Jure Romano, quid ex patrio ſit ſancitum vel receptum, Jure Conſulti diſſentiunt fluctuantque, (*b*) fundamento autem aliquo inniti potius, quam incertæ inſiſtere viæ præſtet; non erraturum puto, qui pro Juris Communis regula utatur Jure Romano, de cujus receptione publica atque auctoritate Summorum in Germania, plerorumque aliorum Judiciorum, viva loquitur praxis: (*c*) quousque ſcilicet domeſtico Jure aut forenſi uſu aliud introductum eſſe non probatur. Utemur itaque & nos Jure Romano, utemur Jure Pontificio, Feudali Longobardico: non obliviſcemur tamen Germanicarum legum, & ad forenſem uſum ſemper reſpiciemus.

(*a*) Quam varie accipiantur Juris publici & privati voces, non ignotum. Conf. *Tabor præfat. de Regim. Imper. Eccleſ.* & *Kulpiſ. Poſit. Jur. publ. Ex. 1. n. 4.* dummodo in re conveniamus, de terminis facilis erit transactio. Nihil eſt, quod diſciplinas magis turbet, quam de verbis contentiones, & tamen pauci ſunt eruditi, qui non in eo campo decertent. Eleganter hunc nævum perſtringit in tract. de *Logomachiis* eruditorum *Samuel VVerenfelſius.*

(*b*) Queritur hac de re *Schilter.* dicto additamento, non negari poſſe, vagum Jus aliquo modo habere nos in foro, qui & in fine operis præclari numerum ſatis magnum diſſenſionum inter JCtos addidit. Imo integrorum Collegiorum Germaniæ diſſenſum oſtendunt exempla reſponſorum contrariorum, de eadem facti ſpecie noviſſime latorum, quæ in Palæſtra judiciaria a *J. H. Lombardo* nuper edita, alibique complura antiquiora invenire licet. Adde ſi placet Auctorem libri Preußiſch Neuburg in præf.

(*c*) Teſtis eſt *Conringius de Orig. Jur. Germ. c. 33. pag. 213.* neque aliud probat *Kulpiſ. dict. diſſ. pag. 408.* quam quod juxta Romanum Jus Conſvetudines etiam juraque patria ſint obſervanda. Vid. *Lyncker. in Comment. ad π. tit. de Orig. §. 12.* ubi quod obſervantiam ſtatutorum, quæ Juris Juſtinianei receptionem præcedunt, quoniam multa ex iis obliterata ſint, probare oporteat. Uſus ipſe docebit, quam ſecurè innitamur Juri Juſtinianeo, ubi Conſuetudinum probatio eſt difficilis. „Germani, *Viri ſummi Coccęji* „*ſunt verba*, antiqua armorum gloria Romanis pares, Juris Juſtinæque ſtudio ac reli„gione prope ſuperiores, at ſcientia peritiaque ejus impares fuere, etſi quis excutiat an„tiquas leges Germaniæ, Salicas, Ripuarias, Alemannicas, Bojarias, Saxonicas, Longo„bardicas &c. nihil ille niſi imperfectam quandam congeriem apud iſtas gentes fuiſſe „reperiet: quippe quæ paucis iisque ſatis jejunis & male cohærentibus legibus uſæ, id „maxime egerunt, ut de ſervis, nuptiis, ſucceſſionibus, delictis &c. certi quid, ac in „delictis præcipuis certa pœna ſtatuta eſſet. In legibus optimis ac utiliſſimis conſti„tuendis ſtudium nulli genti melius ſucceſſit quam Romanis, quorum condendi Juris „gloria adeò æternitatem merita fuit, ut quemadmodum Judæis religio, Græcis ſapien„tia, ſic Romanis Juſtitia cen propria attribuatur, eorumque ſinguli ad has diſciplinas „peculiariter excolendas divinitus probe ſelecti videantur, *Diſſ. de Lege Morganatica. „Sect. prima in præliminaribus.* adde quæ diſſerit *Ludwig* von Verbeſſerung des Lehn„Rechts *pag. 13. ſeq.* Optandum foret omnino, ut quem meditatus erat *Schilterus* Codicis Legum & Conſtitutionum Juris Germanici, quarum uſus eſſet in foro, collatis Legibus Romanis, elaboratio a JCto harum rerum ſatis perito ſuſciperetur. Verum quot ſunt huic labori pares? Et qui ſunt, aut Publicis occupationibus aut aliis rebus impediuntur.

§. VI.

De Fœminarum illuſtrium Jure, (*a*) thema non penitus quidem rarum, ſed tamen nec quotidianum, varios Juris tum publici tum privati locos attingens, in partibus etiam a præclaris JCtis, tum in Syſtematum locis, tum peculiaribus diſſertationibus, quorum opera & nos adjutos eſſe fatemur, eſt tractatum. Quodſi Lectori videbuntur quædam non inutilia aut incongrua, iis quos laudo auctoribus accepta feret, lapſus autem mihi, qui ab errore alienum me eſſe non puto. Defungar hac Opella Sectionibus duabus, *prima* de Jure, quod ad perſonas pertinet, dignitate puta perſonarum, & in eas Jurisdictione, matrimoniis, tutelis; *Altera* de Jure circa res, ſucceſſionibus, dote, dotalitio, aliisque affinibus, quæ eo referri poſſunt materiis, agetur. Appendicis loco actorum & reſponſorum quorundam exempla hucusque publice non viſa, thema haut mediocriter illuſtrantia, nec non dotalium pactorum, aliorumque ſolennium actuum formulas in gratiam Lectorum, quibus eas acceptas fore confido, quam primum ab aliis, quibus jam diſtineor negotiis, vacatio contigerit, exhibebo.

(*a*) Illuſtris titulum olim Regibus, deinde Principibus tantum tributum fuiſſe teſtatur Germaniæ antiquitas. Nobilium titulo Comites & Barones inſignitos. Liceat hic utrosque *Illuſtrium* voce deſignare. Præivere nobis *Beſius Tr. de pactis familiarum illuſtrium*, aliique.

PARS

PARS I.

DE

JVRE FOEMINARVM ILLVSTRIVM QVOAD PERSONAS.

§. I.

MUlta hic occurrunt peculiaria illuſtrium perſonarum non pauca 1
etiam cum aliis inferioris conditionis fœminis communia. Dabimus operam, ut utraque, prout fieri par eſt, diſcernantur. Prætermittenda omnino exiſtimamus Jura tum familiæ paternæ, cui a nativitate utriusque ſexus liberi ex legitimo matrimonio ſuſcepti coaleſcunt, (a) tum poteſtatis patriæ, cui non minus utrique ſubjiciuntur. (b) 2

(a) Vel ſi per ſubſequens legitimati, *Myler. Gamol. c. 24. per tot.* Quandoquidem vero 3
rara ſunt inter perſonas Illuſtres ejusmodi legitimationis exempla, nihil tamen obſtare video, cur exiſtente caſu jus legitimationis obtinere non debeat. Sunt leges latæ de iis, quæ ut plurimum accidunt, *L. 3. ſeq. de LL.* Verum raritas ex eo non æſtimanda, quod integrum aliquod negotium frequenter non contingat, ſed ex circumſtantiis, ut ſcilicet lex in ſumma ſit utilis, etſi ad ſingulas facti circumſtantias non lata. Vid. *Huber. in prælect. ad D. tit. de LL. n. 3.* Jura autem familiæ non participant ex *Matrimonio ad Morganaticam* geniti, non, quod inæquale conjugium hunc habeat effe- 4
ctum, ſed quod pacto matrimoniali aliter ſit cautum, *conf. Schilt. Inſt. Jur. publ. L. 1. tit. 9. n. 7.* adde quæ dicuntur infra §. 13.

(b) Parentum erga liberos poteſtas neque ex generatione, neque ex conſenſu, qui cum alio- 5
quin omnis ſocietatis ſit principium, in domeſtica parentum & liberorum non deprehenditur, ſed ex fine primario ſocietatis, ſobolis educatione eſt derivanda, *Thomaſ. Jurispr. divin. L. 3. c. 4. n. 28. ſeqq.* omnes hujus poteſtatis termini ex eo fine metiendi. *Budd. philoſoph. pract. p. 2. c. 4. Sect. §. 5.* Jure cujusque civitatis proprio, varie po- 6
teſtas illa vel extenditur vel limitatur. Ampliſſimi erat ex libertate Quiritum, Patris, de qua Juſtinianus, proprium eſſe, ait, jus poteſtatis in liberos civium Romanorum, nullos enim alios eſſe homines, qui talem, qualem Romani, habeant. Non quod ſummum in liberos imperium patri eſſet tributum, quod ſalvo Reipubl. imperio fieri non poterat, ut minus recte *Gravina JCtus Romanus de Orig. Jur. Roman. L. 2. §. 11. edit. Menk. p. 282.* (alias interpretandis ex antiquitate LL. Romanis, *Lynckero* judice, luculentiſſimus ſcriptor) ſed quod civili quadam, non probanda ratione, poteſtas patria ad necem usque pro religione patria & pietate extendi poſſet. Confer. *Thomas. ad Inſtit. Patr. Poteſt.*

7 *p. 33.* Reſtrictus deinde fuit legibus rigor antiquus. *L. 3. & ſeq. C. de patr. poteſt.* quarum juſtitiam contra Bodinum defendit *Huber. prælect. ad D. de his, qui ſui vel alien. jur. n. 7. & de Jur. Civ. pag. 391. edit. Thomaſ. adde Gravin. p. 292. Schilt. ad Inſt.*
8 *de patr. poteſt. aph. 2. & ad D. 3. §. 11.* Sunt tamen nonnulla Juris Romani, etiam Juſtinianei capita, quæ moribus aliter ſeſe habent.

Ad *Illuſtrium perſonarum* liberos in Imperio ſi reſpicimus, poteſtati patriæ eſſe ſubjectos *Schilter.* affirmat, *Inſtit. Jur. publ. l. 1. tit. 8.* ubi notabile exemplum reſtitutæ Iohanni Friderico Saxoni per diploma Cæſaris verbis patriæ poteſtatis ex *Hortled. d. B. G.*
9 *L. 4. c. 88. n. 45.* adducit. *Rhet. Inſt. J. P. L. 1. tit. 20. §. 1.* Sed nec *matri* poteſtatem in liberos Jure Germanico denegari idem *Schilterus* docet. Id quod ſi de reverentia atque ſanctitate perſonæ matris, curæque educationis parte intelligatur, nihil peculiare Germani receperunt, ſi de Jure patris in ſpecie, legem, qua matri ea poteſtas concedatur, deſiderarem, v. *Andler Jurispr. l. 5. p. 12. n. 1,* cujus tamen aſſertum, quod poteſtas patria in liberos juſtæ ætatis hodie locum non habeat, praxi forenſi convenire non videtur.

10 Jure Romano præcipui ſunt P. P. effectus, quod pater & filius videantur eſſe una perſona, *L. fin. C. de impub. & aliis ſubſtit.* cujus rei effectus in teſtimonio perhibendo aliisque negotiis nec Germanico Jure etiam inter illuſtres dicerem eſſe ſublatos. Confer. *Georg. Beyer ad tit. π. de his qui ſui vel alien. Juris.* Filius eſt patri ſuus hæres, §. 2. *Inſtit.*
11 *de Hared. qualit. & differ.* Suitatis effectus potiores adhuc Juſtinianeo Jure noviſſimo ſublati, *Nov. 118. c. 1. L. un. C. de his qui ante apert. tab. junct. L. 19. C. de Jur. delib. Carpz. p. 3. conſt. 14. def. 24.* Nulla eſt inter Patrem & Filium civilis atque efficax
12 obligatio, §. 6. *Inſtit. de inutil. ſtipul.* Nulla lis, *l. 4. D. de Judic.* Neque filius ſine patris conſenſu extraneo obligatur efficaciter. Quarum legum uſum inter illuſtres per-
13 ſonas ſublatum non exiſtimarem. Vindicat pater filium etiam a matre, cujus rei exem-
14 plum notabile adfert *Andler Jurispr. dict. loc.* Donationes privatorum pro deſtinatione patris ſemper revocabili habet *Schilter. lib. 1. tit. 8. §. 4. Jur. publ.* ſed inter illuſtres legem 11. *Cod. de Donat.* contrario uſu eſſe ſublatam. Exemplum ex *Bodino L. 1. de Republ. c. 4.* de Philippo Valeſio Galliæ Rege ibidem allatum, qui ut Johanni filio Normanniam donaret, eum fruſtra emancipaverit, rem conficere non videtur, nam cum de jure Germaniæ loquimur, ubi Jura Romana ſunt recepta, fruſtra exemplum ex Gallia affertur, ubi, ipſo *Schiltero* judice, neuter Jure Romano tenebatur. Sed & *Weſenb. in paratitl. tit. de donat.* moribus indiſtincte valere donationes adſerit, haud dubie ſine ratione, nam quod de mobilibus rebus in Saxonia admiſſum v. *Carpz. 2. Conſt. 12. def. 22.* male ad alia extenditur. Deinde ſi de Jure communi Germaniæ eſt ſermo, id hodie ex Saxonico Jure probati nequit. Securæ itaque non erunt filiæ illuſtres donationis parentis, niſi adhibitis ex jure communi cautelis. Vid. *Lauterb. Comp. Jur. tit. de Do-*
15 *nat. Gail. 2. O. 38.* Quid autem opus erit Principi Germanico emancipare filium, ad donationis v. c. effectum, ſi Emancipatio Germanico jure non eſt recepta? Diſtincte hic dicendum: Si quæratur de Emancipatione Romanorum antiqua, quæſtio foret inutilis, cum a Juſtiniano vanæ emancipationum obſervationes fuerint ſublatæ, *L. fin. Cod. de Emancip.* Sentes igitur & ſpinas, tribulos & aculeos Pandectis ex antiquato Jure aſperſos, quo nomine taxat Tribonianum *Fr. Balduinus in Juſtiniano Lib. 3.* ad hiſto-
16 riam potius, quam legislationem referre licet. De Juſtinianea emancipatione ſi ſit ſermo, uſus ejus in Germania, etſi ſit rarior, non tamen eſt nullus, quod illuſtrium perſonarum exemplis & Cameræ Imperii præjudiciis probavit *Kulpiſius Diſſert. de Adopt. & Emancip. Principum §. 58. Balthaſar, Reſol. Jur. Bavar. t. 3. 2. Kettler. dec. 15. Eybenius ad Inſtit. Diſſ. 3. Obſ. 14. Schilter. Jur. publ. lib. 1. tit. 8. §. 8.* qui tamen paulo ante validas eſſe donationes ſine emancipatione aſſeruerat, add. *Exerc. ad π. 3. §. 16.*
17 Præjudicia hæc ex errore Aſſeſſorum Cameræ, qui Juſtinianea emancipatione male fuerint uſi, nata fuiſſe, non putarem. Nam neque Romani Juris exceptiones, quando tutorem habenti tutor dari poteſt, huc applicari poterant indubie, neque ex Saxonici vel Suevici Juris collectionibus peti poterat caſus deciſio. Textus Jur. prov. Saxonici, quos vide in Diſp. *Thomaſ. de quaſi Emancipat. Germ. §. 14. 15. 16. 17.* de ſeparatione loquuntur, qua an tollatur ſimpliciter P. P. Interpretes non conſentiunt *dict. Diſp. §. 44. ſeq.* confer. *eundem ad Inſtit. lib. I. tit. XII. p. 69.* Textus *Jur. prov. Suev. cap. 313.* de tutela teſtamentaria intelligi poteſt, cum teſtamentorum uſus in Germania tum temporis

potiſs esſe potuerit, per ea, quæ docet *Thomaſ. Hiſtor. Jur.* §. *96. & 111. Diſp.* §. *118. Seleƈt. Feudal. pag. 59. ſeq.* Ergo ſi jus Romanum eſt in ſubſidium receptum, non erronee Aſſeſſores id fuere ſecuti, Anno 1711. in Camera Imperiali Comes Naſſoviæ Saræpontanus in Ottweiler filiabus ſuis tutores dari petierat, ad aliquod negotium offerens emancipationem: Hanc neceſſariam non eſſe, concluſum fuit. Ceterum vali- 18
de refutari feudum a patre filio, neque a prohibita donatione ad feudi refutationem recte inferri, docet *Berlich. 2. deciſ. 168.* Pater dat filio familias tutorem teſtamento, 19
qui jure Romano nec inquiſitione nec confirmatione habet opus, §. *3. Inſtit. de Tutel.* Germanica legislatio hic receſſit a Iuſtinianea, confirmationem omnium tutorum re- 20
quirens. *Ordin. Polit. Anno 1548. Tit. 31.* §. *2. & 1577. Tit. 2.* §. *2.* non exceptis teſtamentis perſonarum illuſtrium. *Andler. Jurispr. lib. 2. tit. 1. n. 2.* Quæ in re tamen Saxoniæ Principes præcipuo hoc jure gaudent, ut confirmatione opus non habeant. *Lyncker. de Libert. Stat. Sect. 3. membr. 1.* §. *7.* Ut Ergo ex Germaniæ legibus tutelæ datio virtute patriæ poteſtatis non fiat. Nuptiæ liberorum ſine parentum conſenſu 21
erant Jure Romano nullæ, *pr. & §. 12. Inſt. de Nupt.* Pontificibus hæc diſpoſitio, æquiſſima licet ſit, durior viſa; unde & Germani, quibus mixtura Juris varii placuit, Canonico etiam recepto, eam legem ſtricte non ſemper, neque ubique ſequuntur. Vid. *Schilter. Exerc. 3.* §. *12.* & *Ex. 36.* §. *31. Lyncker. deciſ. 1000. & 1214.* adde quæ infra §. 19. dicentur. Patri acquiritur per filium, quicquid ex profectitio peculio adquiri- 22
tur. §. *1. Inſt. per quas perſ.* Inter privatos eo jure & hodie utimur. conf. *Schilter. Ex. 27.* §. *85.* Inter illuſtres peculii ejusmodi exempla nulla me legiſſe memini. Plane ſi Princeps filio filiæve prædium quoddam conceſſerit vel ad voluptatem, vel ad fructus percipiendos, cenſebitur datum eſſe ad dignitatem decenter ſuſtinendam, atque ut ad œconomiæ ſtudium applicetur. Uſumfructum bonorum adventitiorum jure poteſtatis percipit pater. *L. 1. Cod. de bon. Matern.* & eſt eorum adminiſtrator, etſi juſtæ ætatis ſit filius. *L. f.* §. *3. C. de bon. qua lib.* quo jure etiam Principes uti, docet experientia, niſi quandoque pactis familiarum aliter ſit ſtatutum. Quod autem *Titius Spec. Jur. publ. L. 4. c. 9.* §. *7.* tradit, extendere poſſe patrem Illuſtrem Jus P. P. etiam in bona caſtrenſia, id eo nititur fundamento, quod ſuperioritati territorii etiam liberi ſint ſubjecti, de quo nos dicemus *l. c. §. 16.* Jure Germaniæ ex principiis communionis 23
bonorum etiam matri uſumfructum competere docet *Schilter. ad Inſtit. de patr. poteſt. aph. 2.* Id tamen ubique in Imperio non obſervatur, teſte Electore Saxoniæ *Deciſ. noviſſ. 62.* unde probanda communionis bonorum conſuetudo. *Lyncker. Deciſ. 816.* Tranſimus jam ſubſtitutionem pupillarem, ceteraque P. P. jura, & propoſiti memores ad alia progredimur.

§. II.

Ad fœmineum ſexum cujuscunque conditionis refertur ea præro- 1
gativa, quod maturius quam mares adoleſcant atque ad nuptias progrediantur. (*a*) Cujus rei cauſam alii in ioco, alii in naturali corporis habitu quærunt, mihi ea ratio reddenda eſſe videtur, quod, cum maritis familiæ regendæ officium incumbat, maturiori ad id recte prudenterque obeundum opus ſit judicio, non niſi ætate provectiore atque cultura animi adquirendo, cum altera ex parte gloria potiſſimum obſequii fœminis ſit relicta. Tametſi vero exempla dentur præmaturati matrimonii ab 2
illuſtribus maſculis, non exteris modo, (*b*) ſed & Germaniæ Principibus, eventus tamen docuit rationem quam vocant Status (*c*) ſive terrarum adquiſitionem, aut pecuniarium commodum, ſive ſobolis procreationem, vel etiam, quod nonnunquam factum, pacis conciliationem (*d*) habuerit pro ſcopo, ſucceſſu haud raro caruiſſe, infelicia etiam fuiſſe matrimonia ex alieno magis quam ſuomet arbitrio atque electione inita. Exempla §. XIX. adducenda rem nonnihil illuſtrabunt.

(*a*) Vide ſis, quæ collegit hanc in rem *Carpzov. de Jure Famin. ſingul. decad. 1. qæſt. 1.*

(*b*) Quæ

3 (*b*) Quæ de moderni Galliæ regis nepote, Duce Burgundiæ recenſentur, alibi non obvia, ex Epiſtolis hiſtoricis de Madame de C. excerpere liceat: *Lors qu'il fut queſtion de conſommer la fête, on mit ces jeunes Epoux dans un lit qu' on avoit dreſsé expres dans le milieu d' une ſale, on en tira les rideaux, & on les laiſſa une heure enſemble, après quoi Monſieur de Bauviller vint prendre le marié & Madame la Ducheſſe du Lude la mariée. On les mêna chacun dans ſon apartement. Le Pavillon ſous lequel ils avoient eu la liberté de ſe voir de plus pres, fût abbattu un moment après & diſparut auſſi vîte que le Palais de Armide. Depuis ce tems là il n' eſt plus permis à ces nouveaux Mariez d' uſer de leurs droits, on les garde à vûë, & l' on dit, que c'eſt la mauvaiſe ſanté de Monſieur le Duc de Bourgogne, qui cauſe ce regimine. Il tâche pourtant de tromper la vigilance de Mad. de Lude & la petite Princeſſe eſt portée de fort bonne volonté pour cela. Il y a quelque tems qu' avec l' aide d' une Femme de chambre Mr. le Duc de Bourgogne trouva le ſecret de ſe cacher dans la chambre de ſa femme & de ſe mettre dans ſon lit, lors qu' il crut que Madame de Lude étoit endormie: mais cette Dame qui couche dans la même chambre, s' eveilla fort mal à propos & obligea le Prince à ſe retirer chez lui. Le lendemain elle fut dès le matin faire ſes plaintes au Roi la deſſus, & le Roi dit fort ſechement à Mr. le Duc de Bourgogne: j' ai apris Mr. qu' il s' eſt paſſé des choſes qui pourroient nuire à vôtre ſanté, je vous prie que cela n' arrive plus. Le Prince répondit avec precipitation, Sire, je me porte fort bien, & l' on ne parla plus de cela. Je crois qu' on ſera obligé de leur donner bientôt une entière liberté & ce ſera peut-être un moyen de faire, qu' ils en uſent moins.*

4 (*c*) Res antiqua, vocabulum novum. Si ad mentem Florentini politici uſurpetur, impium; ſi de ratione conſeruandi ſeſe legitima, tametſi ſecretiori quadam intelligamus, res, quam denotat, non improbanda, vide *Jena de rat. Stat. diſſ. 2. concl. 2. ſeqq. Beeman. diſſert. polit. 3. §. 1. & 2.* Unusquisque ſi prudenter agere velit, ratione ſui Status ad matrimonium contrahendum inducitur. Major eſt ratio haud dubie, quo celebrior perſonarum conditio. Quantitatem autem ſpeciem non variare, tritum eſt Philoſophis.

5 (*d*) Promiſſioni matrimonii, factæ inter impuberes pacis cauſa, puberes factos ſtare teneri ex *c. 2. X. de Diſp. impuberum*, nonnulli probant, *Rhet. Inſt. Jur. publ. L. 1. tit. 21. §. 7. Myler Gamol. cap. 4. §. 56.* vinculo legis ſat infirmo, ſi repugnaverit animi conſtantis judicium. Cum deſponſatus eſſet Ludovicus XIII. Rex Galliæ impubes infanti Hiſpaniæ, majoris momenti negotium eſſe, *conquerebantur Principes*, quam ut „tranſigi poſſit ipſis non conſultis, quorum præcipue intereſſet; Pactas neglecto ipſo„rum conſilio nuptias, quibus fortuna regni verſaretur: indebitam contractui ætatem, „tenellos adhuc utrique conjugum annos: mutari paſſim cum ætate affectus, præſi„pue regibus: Si puberi Ludovico diſplicuerit cum Anna Auſtriaca vitæ ſocietas, repu„diandam: repudio imminere ultionem, bello eo atrociore, quod inſtabit Gallis Au„ſtriaca gens, armis & conſilio formidabilis. Parum e re Gallica eſſe duplex fœdus „præcociter & prave concluſum, vocatis quorum nihil intereſt: eo conſilio in peſſum „ire res gallicas: *Quibus reginam matrem reſpondiſſe*: Principum ſupra reliquos „mortales eſſe natales, ita & vitæ rationem. Inter impuberes vetita matrimonia, aſt „ſupra leges autores legum poſitos: Regna ſimul contrahere, ubi nuptiarum fœdere „nectuntur Reges: In iis matrimoniis contractus cauſam & effectus præcipua eſſe, con„trahentium affectus aut vota, acceſſiones: Minime ſpectandos annos Regum, ubi „populis aliis verſaretur: Magnates eſſe, recens natos, rationis capaces, ubi infantiam „exuunt, ſenes, h. e. plene ſapientes, ubi primo adoleverint, diſtribuente quaſi per „miraculum Deo præcociter Heroicis animis, quod adquirant vires in tempore. Con„ſona matrimonia eſſe, ſi ætates, ſi merita, ſi Regium nomen eſt ſtemma, ſi ſpectabun„tur regna, ſi utriusque gentis gloria & quies, *refert Grammondus L. 1. Hiſt. Gallic.*

6 Dantur etiam exempla repudiatarum ſponſarum, quas impuberes Principes ſibi elegerant, exitu admodum infelici. Hinc Belli inter Carolum VII. Gall. R. & Maximil. I. Imp. cauſa, de qua *Comin. Bell. Neap. L. I. p. m. 601.* Johannem, Bohemiæ Regem, Friderico Thuringiæ Landgravio, Luſatiæ aliarumque terrarum poſſeſſionem abſtuliſſe ob repudiatam filiam Juditham, commemorat *Fabrit. Orig. Sax. L. 6. pag. 461. ſeqq.*

seqq. Plurima exempla desponsationum istius modi recensuit in Dissertatione *de Connubiis infantum* Anno 1724. Jenæ edita, singulari & laudabili studio *Fridericus Baro de Wolzogen* toto Cap. IV. Mutua vero condonatione & retorsione facta fuit Anno 1725. renunciatio desponsationum Regis Galliæ & Hispaniæ Infantis, feliciori matrimonio a Ludovico XV. mox contracto. Inter Illustres familias Germaniæ 7
pœnæ conventionalis adjectione firmari sponsalia ejusmodi tradit *Beustius*, quam tamen illicitam esse aliâ ex *l. 134. de V. O. Cap. 29. X. de Sponsal.* evincunt. Wenceslaus Elector Saxoniæ pactus fuit filio Rudolpho nuptias Annæ, Balthasaris Landgravii Thuringiæ filiæ, addita pœna 5000. Schock guter Böhmischer Groschen, constituta etiam Hypotheca simulque fide jussoribus cum pacto obstagii : Idem Balthasar filio Friderico nuptias pactus Margarethæ, Hermanni Landgravii Hasiæ filiæ sub pœna 6000. Fl. sed hoc matrimonium exitu caruit, denegata a Bonifacio IX. Pontifice dispensatione. Wilhelmus Dux Saxoniæ Nuptias filiæ Alberti Imp. a Frid. III. Sponsæ tutore stipulatus sub pœna 6000. Ungaricorum. Ernestus, postea Elect. Sax. novem annorum Princeps Elisabethæ Bavariæ octenni promissus, addita pœna 20000. Fl. Rhen. Georgius Dux Sax. filio Joanni tum quatuor annorum a Wilhelmo Hassiæ Principe nuptias filiæ pactus, sub pœna 25000. Fl. Sunt & alia sine pœnæ adjectione exempla Sponsaliorum inter impuberes. Henrici Brunsvic. & Margarethæ, filiæ Electoris Sax. Ernesti Anno 1505. Hirkonis sive Henrici Ducis Munsterbergensis, filii Georgii Bohemiæ Regis, & Catharinæ, filiæ Wilhelmi Sax. Duc. Anno 1459. Joh. Marggravii Brandenb. filii Electoris Alberti cum Margaretha filia ejusdem Wilhelmi 1467. Alberti animosi Saxonis, cum Ursula, Alberti Brandeb. Elect. filia, quæ tamen promissio successu caruit. Noluit consentire istiusmodi sponsalibus Iohannes Saxoniæ Elector, cujus sententiam ex relatione *Teb. Pfanneri* SS. Ducum. Sax. Consiliarii Aulici meritissimi, cui & exempla præcedentia debemus, in Appendice L. B. exspectabit.

§. III.

Ad Statum matrimonii quod attinet, individuum scilicet vitæ con- 1
sortium, vix invenire licet ab aliis fœminis differentiam, qua gloriari illustres possint; Si ea, quæ a Civili Lege aut More pendent, imparitatem aliquam offendemus. Regula est: Consequi uxorem dignitatem mariti, 2
ita ut plebeja etiam viro nobili juncta nobilitatis fiat particeps, cum vice versa fœmina nobilis viro plebejo dignitatis nihil adferat, quam prærogativam sexus singularem laudat Saxonici Juris Papinianus *Carpzovius.* (a)
Num ergo Comes nobilem vel inferioris conditionis fœminam ducens, 3
eidem Comitis conferet dignitatem? Fœmina ex Comitum vel Nobilium familia suscepta, num per matrimonium cum Principe, ordini Principum adscribetur? Ex principum vel Comitum familia nata fœmina, si inferioris dignitatis Viro nupserit, retinebitne dignitatem sanguinis, an vero eam, quæ est viri conditio, mutato statu, ingredietur? Non sufficient hic ratiocinationes a consortio conjugii vel jure familiæ desumtæ, quod, cum fœminæ jure suo dignitate careant, sequantur necessario familiam masculorum, parentis, mariti. Neque etiam leges Germaniæ, quæ ad Reservata Imperatoria dignitatum collationem referunt, talem admittunt extensionem. Pro confirmanda etiam ratione ista minus idonea sunt exempla Imperatorum aut Regum, qui per conjugium cum inferiore fœmina eandem efficiunt Augustam, Reginam. Nam in omni 4
Regno Rege non datur neque par neque superior, omnes reliqui sunt inferiores. Propior ergo ratiocinatio desumetur fortassis a distinctione graduum, ut, si ex ordine subalterno ducatur Uxor, hoc est, ex proximo in ordine gradu, fiat marito æqualis, non vero si ex gradu ulteriore. Nobis quæ certior & usu Imperii probata videatur sententia, mox exponemus, postquam de ratione nobilitandi apud Romanos, pro ratione insti-

5 tuti aliqua delibaverimus. Non, quod ex Jure Romanorum veteri Patrii mores ſint judicandi, ſed quod hi cum illo aliquid habeant ſimilitudinis. Neque ingrata & inutilis eſt veterum legum morumque indagatio, & cum patriis collatio. Affirmativam tuentur complures, ea potiſſimum ratione, quod conjugii naturæ adverſetur inæqualitas, fœminas, cum jure ſuo dignitate careant, ſequi neceſſario familiam maſculorum, Parentis, mariti. Alii exempla pro ratione adferunt, etiam Imperatoris aut Regis, qui per Conjugium cum inferiore fœmina, eandem efficiat Auguſtam, Reginam. Diſtinctione graduum alii rem conficiunt, ut, ſi ex genere ſubalterno ducatur uxor, h. e. uno quaſi gradu inferior, fiat marito æqualis, non, ſi ex gradu ulteriore. Dubitatum aliquando fuit, an plane conſtaret theſis ſuo fundamento, exinde forte, quod amplior eſſet rationis primæ conſecutio, quam leges Germaniæ, quæ ad reſervata Imperatoris dignitatum collationem referunt, permitterent. No-
6 bis, ex tribus quas attulimus ſententiis, quarum prima regulam plus Juſto videtur extendere, poſtrema in adverſam peccare partem, placet media, præclaris etiam JCtis probata.

(a) Dict. *tr. de Jure Fœmin. ſingul. decal. 1. poſit. 2.* add. Nolden. *de Statu Nobil. c. 6. §. 52.*

§. IV.

1 Inter homines nullam eſſe dignitatis differentiam a natura ingenitam, ſed per ſtatum adventitium introductam, voluntate libera, prout viſum fuit Reipublicæ expedire, hoc quidem probatione opus non habet.
2 Vide *Pufend. J. N. & G. Lib. VIII. Cap. 4. §. 25.* In Romanorum Republica ſecundum ejus mutationes varias, ratio nobilitatis etiam non fuit eadem. Quid Romulus, conditor primus Reipublicæ ſanciverit, ex *Dionyſ. Halicarnaſſeo L. 2. antiq. c. 9.* diſcimus, & *Plutarcho* in vita Romuli. (a) Nulla itaque dignitas civilis fuit ab initio, ſed a Romulo, & Regibus ſequentibus, absque dubio cum conſenſu populi, (b) conſtituta, atque ita omne Nobilitatis principium petendum a lege civitatis. Non alia regula
3 in Republica Germanica, de qua poſtea. Patres ergo, h. e. quorum partes erant in Republica adminiſtranda, hoc ipſo dignitatem accipiebant civilem, ſive nobilitatem, in poſteros quoque transferendam. Fons & origo omnis nobilitatis ab officio Senatorio. (c) Reliqui omnes referebantur ad plebem. Qui vero a Patribus erant progeniti Patricii dicebantur, *Patres ab honore, patriciique progenies eorum appellati*, inquit *Livius lib. 2. Cap. 8. fin.* Idque diſtinctione notabili ab iis qui tempeſtate ſequente in Senatorum ordinem fuere cooptati. Factum hoc eſſe a Romuli ſucceſſore Tarquinio refert *Livius Lib. I. Cap. 35. Virum*, inquit, *cetera egregium, ſecuta, quam in petendo habuerat, etiam regnantem ambitio eſt, nec minus regni ſui firmandi quam augendæ Reipublicæ memor, centum in patres legit, qui deinde MINORVM GENTIVM ſunt appellati, factio haud dubio regis, cujus beneficio in curiam venerant.* Nimirum, quæ Regum tempore ſequiore jamtum deminui cœperat Patriciorum antiquorum auctoritas, & augeri poteſtas novorum, adeo ut qui aliquid obtinere vellent, opus haberent prehenſare *minorum gentium patres, Liv. 1. Cap. 47.* multo magis exactis Regibus obſervata fuit. MAIORVM GENTIVM dicebantur a Regibus primis in numerum receptæ familiæ: MINORVM vero, in-
5 clinante Reipublicæ forma adlectæ. (d) Ergo apud Romanos quoque antiquitas ſanguinis a priſtinis patribus erat in conſideratione. Qui non erat Patricii, ad ordinem plebejum pertinebant. Quatenus ſcilicet populus

pulus Romanus in univerſum erat diſtinctus in Senatum & plebem. Ad 6
ſenatorium vero ordinem non perveniebat ex plebe quilibet viliſſimus, ſed qui præ ceteris erat dignior. (e) Divitiarum rationem habitam etiam fuiſſe, eſt certiſſimum. Ex plebe itaque fiebant nobiles, equites, qui eo ipſo ex ordine plebeiorum eximebantur. (f) Proprium nobilitatis Romanæ ſignum erat Jus ponendarum imaginum. Imagines puta, avorum 7
ſenatorii ordinis & de Republica bene meritorum. (g) Non obſcura eſt exinde differentia nobilitatis antiquæ a nova, hodierno ſtylo diceres, nobilitatis a ſanguine procedentis, ab ea quæ primum eſt acquiſita. Hac enim acquirebatur poſteris facultas imagines ponendi, non vero concedi poterat, ut novus creatus imagines avorum nobilium collocaret, quales nunquam habuerat. Fictio imaginum nimium foret ridicula. Succeſſu autem temporis a novis orti, veterum nomen accipiebant & inclareſcebant, quo magis rebus geſtis & honoribus eſſent inclyti. Acute Clau- 8
dius Cæſar apud *Tacitum Lib. XI. Annalium Cap. 24.* *Omnia*, ait, *quæ nunc vetuſtiſſima creduntur, nova fuere Plebeji Magiſtratus poſt Patricios, Latini poſt plebejos: ceterarum Italiæ gentium poſt Latinos. Inveteraſcet hoc quoque & quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit.*

(a) *Romulus urbe exſtructa*, (digna ſunt verba *Plutarchi*, quæ, interprete *Xylandro*, hic ad- 9
ſcribantur, faciunt enim ad illuſtrationem materiæ, de qua agimus) *primum omnem multitudinem, qua erat valida ætate, in legiones diſtribuit*, ſic nominatas, *quod ex omnibus lecti eſſet in eas, qui militiæ apti erant: Quælibet Legio peditum tria millia, Equites trecentos complectebatur. Reliqua multitudo vulgi loco ei fuit populusque nominata. Tum centum de præſtantiſſimis Civium elegit, qui Senatores eſſent, eis* PATRICIORVM, Collegio toti SENATVS nomen impoſuit. PATRICIORVM *nomen alii inde* tractatum volunt, *quod ii legitimorum* patrum *filii eſſent, alii, quod* ii patres *ſuos demonſtrare poſſent. Quod paucis qui primo in urbem confluxerant contingebat. Vero proximum eſt, eos ita a Romulo appellatos quod is cenſuerit æquum eſſe, ut primores ac potentiſſimi paternam tutelam ac curam abjectioris ſortis hominum gerant, ſimulque docere voluerit reliquos, ne honorem præſtantiorum ſuſpectum haberent graviterque ferrent, ſed ut illos patrum loco ac nomine habites, benevolentia proſequerentur. Etenim in hunc usque diem* SENATORES ab exteris PRINCIPES VIRI, a Romanis PATRES CONSCRIPTI *ſalutantur: Utuntur que eo nomine, quod & auctoritatis honoriſque plurimum in ſe tenet, & invidiæ minime eſt obnoxium. Principio autem* PATRES *ſimpliciter, poſt, pluribus adſcitis,* PATRES CONSCRIPTOS *dixerunt, quod nomen Romulus adhibuit* (conf. *Livium Lib. II. cap. 1.*) *quo Senatus dignitatem a plebejis diſtingueret. Idem reliquos potentiores a vulgo disjunxit,* PATRONOS *eos appellans, vulgus autem* CLIENTES. *Eaque re mirificam benevolentiam mutuo excitavit, & eam Jura invicem magni ponderis conſecuta ſunt.* Pluribus hæc expoſuit *Pufend. de I. N. & G. Lib. 5. cap. 4. §. 28.*

(b) Non enim erat apud Romanos priſcos poteſtas Regum herilis, vel abſoluta, ſed cum 10
ſuadendi magis quam imperandi poteſtate.

(c) Ab officio Magiſtratus Curulis, *Cures* dicebantur Romani, unde etiam *Curitum* ſeu 11
Quiritum deſcendere nomen eſt veroſimile; *Coccej. de poteſt. Stat. Imp. circa dignit. cap. 1.* Sella curulis erat patritiis propria. *Cic. Lib. 9. Epiſt. 21.* & *Livius Lib. 7. c. 1.* refert, pro conſule uno plebejo, tres patricios magiſtratus curulibus ſellis prætextatos, tanquam Conſules ſedentes, nobilitatem ſumſiſſe ſibi.

(d) *Majorum gentium Patricios* & *Minorum* commemorat *Cicero Epiſt. ad fam. Lib. 9. Ep. 21.* ubi de PAPIRIIS ait, nullum ex iis unquam niſi plebejum fuiſſe, fuiſſe autem patricios *minorum gentium.*

(e) Amplas & honeſtas familias ex plebejis *Cicero* laudat *Orat.* pro *Lege Muren. Cap. 7.*

8 (*f*) De Equitibus Romanis commendari meretur *Huldr. ab Eyben differt. de Ordine Equestri veterum Romanorum*, quæ extat in Operibus auctoris conjunctim editis in fine, ubi §. XXVIII. Quæstionem : an Equites Romani hoc ipso nobilitatis gradum acceperint ? resolvit §. XXIX. seqq. distinguendo inter Nobiles ex usu civitatis ita dictos, quod majorum haberent imagines : Et eos, qui in plebejis non continerentur. Priori sensu Equites creatos nobilitatem non habuisse, usque dum per generationes sequentes majorum imagines fuerint nacti : habuisse autem sensu posteriore, quia utique a plebe fuerint exemti. Simili fere ratione more hodierno diceres, quod omnes, qui dignitatem Equestrem Nobilemve acquisiverint primo, non sint nobiles significatione ea, qua dicuntur nobiles genere antiquo : Sint tamen, beneficio summæ in Republica Majestatis, neque in plebejis connumerandi. Plebis vocabulum in veteri Romanorum Re-
9 publica denotabat cives omnes reliquos, in oppositione ad Senatores, & hoc sensu nobiles multi & Equites ad plebem referebantur, quicunque ex his non essent Senatores : alia vero significatio erat plebis, quatenus esset inter cives classis honoratiorum digniorumque, a reliquo vulgo distinctores, ex quibus fierent senatores. Cum hac itaque distinctione accipienda sunt, quæ legimus apud Auctores : Equites Romanos nobiles proprie loquendo non fuisse : Nobiles peculiarem ordinem a plebe non constituisse. Vid. *Pufend. J. N. G. Lib. 8. cap. 4. §. 29.* Certe enim ad plebejos referendi non erant. *Gundling diss. an nobilitet Venter Cap. 1. §. 11. seqq.* Nam apud Romanos nihil erat novi, quod unus idemque homo esset simul plebejus, gente scilicet, & Equestris Ordinis sive nobilis. *Eyben. dict. disp. §. 32.* Et ex Senatorio ordine quandoque discessere aliqui, ad plebem sese conferentes, & procedente tempore ad patriciatum redeuntes, cujus rei exemplum de Octavia Gente legitur apud *Suetonium in Augusto Cap. 1.* Equitum Romanorum hanc quoque prærogativam notat LÆLIVS *Bisciola. flor. subsecivar. Tom. II. lib. 3.* quod non ex plebejis quibusvis, sed ex Nobilitate eorumque familiis Equites fuerint lecti. Vid. *Eyben. dict. diss. 1. §. 32. in fin.* ubi non semper, plerumque tamen, factum id fuisse probat. Ex hoc veteri Romanorum more derivatur fortassis differentia Syli curiæ Imperialis hodierni, quo distinguitur Nobilitas equestris, a Nobilitate simpliciter tali, teste *Taxa Cancellaria* apud *Usenbachium* in Libro *de Consilio Imp. aulico*, & alios descripta.

(*g*) Simulacra erant insignium virorum coloribus adumbrata. *Polyb. Lib. 6. Rosinus Antiq. L. 1. c. 19. Huber prælect. ad tit. π. de Adoption. n. 1. & tit. de Statu hom. n. 7.*

§. V.

1 Cum deinde omnis Reipublicæ potestas in summos Principes Imperatores esset collata, (*a*) mutata etiam fuit nobilitatis civilis forma, ita ut dignitatis conferendæ arbitrium dependeret ab Imperatoria Majestate. Observatum hic est historicis inter artes augendi Imperii, rationem status vocant, fuisse multorum nobilium novorum creationem eorumque ad officia Reipublicæ promotionem, quo magis antiquarum familiarum celebritas, quantum fieri posset, obscuraretur. (*b*) Adeoque Imperatorum tempori debentur gradus dignitatum & titulorum :

2 *Nobilissimi* titulus Cæsaribus solis eorumque liberis tributus. *Becmann Syntag. dignit. diss. 2. c. 1. §. 4.* Tum erat ordo *Illustrium L. 13. §. 3.* Cod. de Judic. *Spectabilium* L. 3. C. de Castrens. & Minister. *Clarissimorum.* L. 11. eod. de Dignit L. unic. C. de Equestr. dignit. tandem *Perfectissimorum* L. un C. de perfectiss. dignit. *Egregiorum*, L. 1. C. Theod. de honorar. Codicill. quos gradus omnes enarrat *Becmann* dict. *Syntagm. dign. dissertat. 10. cap. 1. §. 11. Alteserra de Ducib. & Comit. Galliæ Provincial, Cap. 1. Lib. 1.*

(*a*) §. 6. Inst. de Jur. Natur. Gen. & Civil.

3 (*b*) *Vide Observationem Pufendorfii* in der Einleit. der Historie *Cap. 1. §. 18. in fin.* scilicet quanto quis servitio promtior opibus & honoribus extollebatur, *Thomas, de Origin. Feud.*

Frud. §. XIII. lit. t. pag. 47. De Julii Cæſaris tempore recenſet *Tacitus annalium Lib. I.* multo magis hoc in Auguſti & Tiberii Imperiis factum. De Tiberio *Tacitus* dicto Lib. I. *Roma*, ait, *ruere in ſervitium conſules, patres, equites. Quando quis illuſtrior, tanto magis falſi, ac feſtinantes, vultuque compoſito, ne læti exceſſu Principis, nec triſtiores primordio, lacrimas, gaudium, queſtus, adulationes miſcebant.*

§. VI.

Fœminei ſexus apud veteres Romanos nulla fuit dignitas, niſi per 1
parentes, cum primis vero maritos acquiſita. Tanta vero erat Patriciæ dignitatis exiſtimatio tantusque honor, ut turpitudini eſſet fœminæ clariſſimæ matrimonium cum viro conditionis plebejæ. Neque enim inter Patricios Romanos & plebejos matrimonia erant promiſcua, (*a*) teſte Livio, & qui diligenter antiquitates Romanos ſcrutatus eſt, *Briſſonio*, in commentatione de *Jure Connubiorum.* Itaque in domum deducta uxor, 2
ſive per ſolennitatem confarreationis in manum mariti convenisſet, nomenque matris familias accepiſſet, ſive ſimpliciter fuiſſet uxor, (*b*) protinus dignitatis mariti fiebat particeps. (*c*) E contra fœmina nativitate clariſſima viro plebejo ſociata originis ſuæ jus non retinebat, ſed conditionem ſequebatur mariti. (*d*) Poſteriori vero tempore cum ad Reipublicæ adminiſtrationem plebejo ordini eſſet aditus factus, nulli fœminæ Patriciæ erat dedecori ſociari matrimonio viri plebeji, cum primis ad officium Reipublicæ promoti: nulli etiam Patricio ducere uxorem ex ordine inferiore. (*e*) Hinc exorta dignitatis per matrimonium com- 3
municatio promiſcua, (*f*) quam poſtea ſervandam eſſe ſtatuerunt Imperatores *l. mulier 13. C. de dignitat.* Adeo ut fœminis, quæ, ut ſupra dictum, non niſi parentis vel mariti dignitate cluebant, etiam jure proprio conſultum vellent, conſularia ornamenta ipſis conferre, ne, ut ait *Lampridius* in *Heliogabalo cap. 6.* manerent innobilitatæ: Atque ita Imperatorum Romanorum veterum tempore adſcitiæ h. e. novæ nobilitatis collatio in utroque Sexu etiam fuit in uſu.

(*a*) Teſtatur hoc Lex XII. Tab. *Patricii cum Plebejis connubia ne jungunto.* Et graviſ- 4
ſima ea de re inter Patricios & plebejos, rogante pro his *Canulejo* tribuno plebis, contentio, apud *Livium Lib. IV. Contaminari ſanguinem ſuum patres, confundique jura gentium rebantur, Colluvionem gentium, perturbationem auſpiciorum publicorum, prævaricatorum aſſerri, ne quid ſit ſincerı, ne quid incontaminati: Ut diſcrimine omni ſublato nec ſe quisquam neque ſuos noverit. Quam enim aliam vim connubia promiſcua habere, niſi ut ferarum prope ritu vulgentur concubitus plebis patrumque? ut qui natus ſit, ignoret, cujus ſanguinis, quorum ſacrorum ſit, dimidius patrum ſit, dimidius plebis, nec ſecum quidem ipſe concors.* Virginiam, Auli filiam patriciam, Volumnio Conſuli plebejo nuptam, matronas, quod e patribus enupſiſſet, ſacris arceriſſe narrat idem Hiſtoricus *Lib. X. cap. 23.*

(*b*) Differentiam utriusque moris uxorem ducendi exponit in Tractatu *de Uxore Romana* vir doctiſſimus *Chriſt. Ulr. Grupen, Conſul in* URBE HANNOVERANA *Cap. 1.*

(*c*) Effectus ſolennitatis per conventionem in manum, adhibita confarreationis ſolennitate, 5
pertinebat ſaltem ad jura mariti, ut eſſet uxor veluti in poteſtate patria, perinde ut liberi, vid. *diſſ. Tr. de Uxore Romana Cap. 3.* ſimilitudo aliqua hujus rei occurrit in Jure patriæ *Leodienſis*, ubi viget jus quod dicitur *Manus plicata*, per quod marito dominium in bona uxoris, extincto plane hujus domino, acquiritur, niſi aliter in pactis matrimonialibus fuerit cautum; *Carolus de Mean. ad Jus Leod. Obſ. LV.* Romana uxor retinere poterat nomen ſuæ gentis eoque uti, vel ſimul mariti gentilitio, ita intelligo *Spanhemium de Præſtantia Numiſm. Tom. II. diſſ. X. pag. 49. 43.* vide *Grupen dicto Tract. Cap. 3. §. 23*

6 (*d*) Si enim prohibitum erat Lege XII. Tabb. connubium patriciæ fœminæ cum eo, qui gentis patriciorum non eſſet; non poterat non conſequi amiſſio dignitatis: *Gundlingius Diſp. an nobilitet venter Cap. 3. §. 2.*

7 (*e*) *An eſſe ulla major*, ajebat CANVLEIVS apud *Livium L. IV. aut inſignior injuria poteſt, quam partem civitatis velut contaminatam, indignam connubio haberi? Quid eſt aliud quam exilium intra eadem mœnia, quam relegationem pati, ne affinitatibus, ne propinquitatibus immiſceamur. Cavent* (ſe patricii) *ne ſocietur ſanguis. Quid? hoc ſi polluit nobilitatem iſtam veſtram, quam plerique, oriundi ex Albanis & Sabinis, non genere nec ſanguine, ſed per cooptationem in patres habetis, aut ab Regibus lecti, aut poſt Reges exactos juſſu populi: ſineeram ſervare privatis conſiliis non poteratis, nec ducendo ex plebe, neque veſtras filias ſororesque enubere ſinendo e patribus &c. Nec ante*, pergit Hiſtoricus, *finis contentionum fuit, cum & tribunum acerrimum auctorem plebs nacta eſſet, & ipſa cum pertinacia certaret, quam victi tandem patres, ut de connubio ferretur, conceſſere.*

(*f*) *Gundling Diſp. an Nobilitet venter Cap. 3. §. 4. 5.*

§. VII.

1 In Germaniæ populis, commemorante *Tacito de M. G.* nominantur antiquiſſimo tempore *Reges*, (*a*) *Principes*, *Comites*, (*b*) *Nobiles*, *Ingenui*, *Liberti*, *Servi.* (*c*) Deinde usque ad Carolum M. de ſtatu Germaniæ politico parum habemus memoriæ proditum, *Saxonum* gens ampliſſima celebrata tunc fuit ex bellis cum Carolo pertinaciter geſtis. In hoc itaque populo, ad modum ferme ſtatus vetuſti, diſcreti fuere ordines *Nobi-*
2 *lium*, *Liberorum* ſive *Ingenuorum* & *ſervorum.* (*d*) In *Francorum* Gente celebrabantur *Seniores* ſive *Majores natu*, qui primi fuerint apud Regem, diſtincti a *Minoribus* ſeu junioribus. (*e*) Paulatim vero factum (non enim eadem ſemper fuit Reipublicæ facies) ut Nobilitas etiam apud Francorum gentem, & in univerſa Germania in poſteris eſſet continuata & ſpectata. Succeſſu temporis ipſius quoque Nobilitatis Germanicæ in ordine
3 dignitatis varii extitere gradus, magnaque inter eos diſtinctio. *Illuſtrium*, *Nobiliſſimorum* regibus, (*f*) Principibus vero viris *Nobilium* titulus erat proprius (*g*) & dicti fuere priſca lingua ADELINGI; (*b*) Deinde datum iis nomen *Illuſtrium*, (*i*) Comitibus vero & Baronibus, iis ſcil. qui ex his pari cum Comitibus jure cenſebantur, (*k*) titulus *Nobilium.* (*l*) Fuit ergo Nobilitatis Germaniæ diſcrimen inſigne, *Superioris* derer Fürſten und Herren & *Inferioris* derer Ritter und Knechte, (*m*) qui ſingulari beneficio Principis ob Miniſteria in aulis & bello præſtita ad Statum Nobilitatis erant evecti. (*n*) Superior Nobilitas gradu iterum diſtincta fuit, *Uno* derer Fürſten, ſive der hohen Freyen, & *altero* derer Herrn, ſive Mittel-Freyen
4 vel, ut aliter exprimebatur hohen Mann, und Edlen Mann. (*o*) Ad ſuperioris Nobilitatis gradum alia via non fuit, quam Regis collatio? Ad inferiorem Nobilitatem ex plebejo ordine aſcenſus non alius quam voluntate & beneficio ejus, cujus erat dignitatem conferendi poteſtas. (*p*) Principes vero, Comites, & qui his ſunt pares, licet clypeo & ordine diſtinctos, ſuperiore gaudere Nobilitate quam Regalem vocant, eſt certiſſimum. (*q*)

5 (*a*) Regum appellatio cum Ducibus & Principibus videtur antiquiſſimo more fuiſſe promiſcua, Barbari enim, narrante *Procopio Lib. I. de Bello Gothico*, duces ſuos Reges appellarunt. Neque, *Tacito* teſte, alia Regum auctoritas fuit quam ſuadendi: inter Reges & Principes nulla notatur differentia. De iis Regibus, qui nullis exceptionibus regnarunt, non precario Jure parendi, dicendi locus hic non eſt, cum qui fuerint populi

populi Germani *Suiones* certum non ſint. Vid. *Hert. de Vet. Ger. pop. Part. I. Cap. 4. §. 2. part. 2. Cap. 2. §. 34.*

(*b*) Principes, Comites cum in *Tacito* legimus, nemo adeo erit hoſpes, qui illos veruſtos hodiernis Principibus & Comitibus Imperii ſimiles ſibi imaginetur. Idcirco differentiam inter eos maximam exponere pluribus, opus non eſt. De comitibus *Taciti* ſaltem notamus, non intelligi opinione mea officium peculiare, quale fuit tempore Francorum, ſed ſenſum eſſe vocis potius grammaticum. Apud Francos vero Comes erat officio publico præditus, vid. *Hert. Notit. Franc. veter. cap. 5. §. 22.* Ordo Comitum peculiaris. *Hachenb. Germ. med. in Diſſert. adjuncta de Origine Illuſtr. Germanor. §. VII.* *Majores* natu & canitie capitis venerabiles Francis antiquis dicti fuere GRAVEN. Unde originem vocis Germanicæ GRAVEN petendam eſſe colligit *Hert. de Vet. Germ. pop. part. I. Cap. 4. §. 7.* & ante eum *Voſſius Hachenb. dicto loco.* Comitum vero appellationem a Romanis deſumtam eſſe, ipſa vox ſatis indicat. Alia eſt conjectura *Thomaſii de Origin. Feudal. §. XV. lit. k. pag. 85.* GRAVIONES fuiſſe Comitum vicarios, ſicut hodie adhuc die Gráfen vocantur judices. *Hertii* tamen opinio a veriſimilitudine non multum abeſſe videtur. 6

(*c*) Ex *Tacito de M. G. cap. 7. n. 13. 25.* tanto libentius repetimus verba, quod etiam hodie non obſcura ejus rei videantur eſſe veſtigia. *Reges*, ait, *ex nobilitate, Duces & virtute ſumunt. De minoribus rebus Principes conſultant, de majoribus omnes, ita tamen ut ea quoque quorum penes plebem arbitrium eſt, apud principes pertractentur. Mox* REX, VEL PRINCEPS, *prout ætas cuique, prout nobilitas, prout facundia eſt, audiuntur, auctoritate ſuadendi magis, quam jubendi poteſtate. Eliguntur in iisdem conciliis & Principes, qui jura per pagos & vicos reddant. Centeni ſingulis ex plebe comites, conſilium ſimul & auctoritas, adſunt.* 7

(Obſcurus eſt hic locus, *certi*, pro *centerni* legendum eſſe exiſtimat *Hert. de Veter. Germ. popul. p. 1. cap. 4. §. 7.* & per ſingulos, intelligit Principes. Aliter *Lipſius* in Commentario: ex lege Alemannorum: Conventus ſecundum conſuetudinem fiat in omni centena coram comite ſeu Miſſo & coram centenario ipſum placitum fiat. Atque ita legendum foret pro *Centeni, Centenis*, hoc eſt centuriis ſingulis ex plebe.)

In ſingulis nobilitas, aut magna patrum merita, Principis dignationem etiam adoleſcentulis aſſignat. Ceteri robuſtioribus ac jam pridem probatis aggregantur. Nec rubor inter comites aſpici. Gradus quin etiam & ipſe comitatus habet, judicio ejus quem ſectantur. Magnaque & Comitum æmulatio, quibus primus apud Principem ſuum locus, & Principum, cui plurimi & acerrimi comites: Hæc dignitas, hæ vires. Magno ſemper electorum juvenum globo circumdari in pace decus, in bello præſidium. Principes pro victoria pugnant, comites pro Principe. Liberti non multum ſupra ſervos ſunt, raro aliquod momentum in domo, nunquam in civitate, exceptis duntaxat iis gentibus, quæ regnantur. (h. e. quibus Reges liberiore arbitrio imperitant.) *Ibi enim & ſupra ingenuos, & ſuper nobiles aſcendunt.*

(*d*) Gens Saxonum omnis, ait *Nithardus Hiſt. Francor. Lib. 4.* in tribus ordinibus diviſa conſiſtit: ſunt enim inter illos *Edlingi*, ſunt qui *Frilingi*, ſunt qui *Lazi*, (*Laſſi*) illorum lingua dicuntur: Latina vero lingua hoc ſunt: *Nobiles, Ingenui, ſervi.* Ingenui erant, quibus nulla ſervilis conditionis ſors nativitate vel propria, vel parentum, contigiſſet. Eadem fere eſt narratio Scholaſtici Eccleſiæ Bremenſis, quem *Adamum Bremenſem* nomine allegamus, *Edit. Lindenbrog. pag. 4.* ubi recenſet *Adelingos, Frilingos, Libertos & Servos.* Liberti etſi ſervis potiores, ſervilis tamen erant originis. 8

(*e*) Nobiles viros, h. e. dignitate officii eximios fuiſſe in Francorum gente pariter ac in Germaniæ populis, nemo facile dubitaverit. An vero peculiaris ordo, ſeu claſſis civium Nobilium fuerit cum dignitate ſanguinis hæreditaria, a reliquis civibus, qui ſervi vel liberti non erant, diſcreta, hoc ex antiquitate rerum Francicarum probatu erit difficile. Omnem potius diſtinctionem Nobilitatis a civibus aliis ſicut antiquiſſima ætate, de qua Tacitus, ita etiam Francorum tempore, ab officiis Reipublicæ derivatam eſſe, neque hæreditariam fuiſſe, uti eſt hodie, exiſtimo cum *Thomaſio de Originib. Feudal.* 9

10 *Feudal. §. XV. lit. e. pag. 75.* Et *Diſſ. de Jure Statuum Imp. danda civitatis §. XVII. & XXVIII.* Alia ergo eſt quæſtio: an diſtinctis juribus a reliquis ingenuis uſi fuerint nobiles? alia: an etiam horum Ordo fuerit diſcretus ab ingenuis jure ſanguinis & hæreditario, quemadmodum Patriciorum Romanorum ordo a plebe? Hoc qui aſſeruerit, quomodo probationem ſit allaturus, mihi quidem eſt ignotum. Et ſupervacua forte eſt Diſputatio, quam *Hertius* movit *Notit. Francia Veter. Cap. 3. §. 29. in nota ſubjecta.* Conf. *Gundling. Diſp. An nobilitet Venter. Cap. 2. §. 4.*

11 (*f*) *Illuſtrium & Nobiliſſimorum* titulus etiam Regius olim fuit, *Becm. Notit. Dignit. Diſſ. 1. Cap. 4. §. 18.* ubi multa exempla. *Nobiliſſimus* autem dicebatur Rex, quia ab eo tanquam fonte nobilitas derivari poterat in alios, *Gundling. An Nobilitet Venter. Cap. 2. §. 9.*

(*g*) Hunc locum ſtudio peculiari tractavit luculenter *Hulder. ab. Eyben diſſ. de Titulo Nobilis*, adde eundem in *Elect. feudal. cap. 9. §. 12. Becm. Notit. dignit. dicto Cap. 4. Cap. 1. §. 3*

12 (*b*) *Coccej. de Poteſt. Stat. Imp. circa dignit. cap. 2. §. 1. & 23. Eybenius in Electis Feudal. Cap. 9. §. 12.* De nomine VALVASSORVM MAIORVM ex *2. Feud. 10.* quod *Struvius J. Feud. Cap. 3. §. 5. n. 4.* tribuit Principibus, jam dudum aliter docuit *Coccej. dict. diſp. § 23.* & per ea quæ protulit *Eybenius Elect. Feud. Cap. 9. §. 19.* & *Gundlingius an Nobilitet Venter. Cap. 2. §. 14.* nemo forte amplius ex hoc nomine ad nobilitatem noſtram argumentum eſt deſumturus.

13 (*i*) *Aur. Bull. tit. 5. §. 1. tit. 7. §. 2. tit. 8. pr. tit. 24. pr. Becm. Diſſ. XI. cap. 2. §. 2. Coccej. dict. loc. §. 4.* Unde vernaculum vocabulum der Erleuchte, vel more hodierno der Durchleuchtige, adde *Obſ. Forens.* noſtram *CCXXXI.* Titulus Erleucht dudum abiit in deſuetudinem. Hinc relatum memini, Succorum Regem Carolum XI. cum Livoniæ Ordines eo titulo uſi eſſent in ſupplicibus literis, dixiſſe, der König ſey durch GOttes Gnade nicht ſo dunckel, daß er der Liefländer Erleuchtung nöthig habe.

14 (*k*) *Stryk. Diſſ. de Jure Baronum cap. 4. Coccej. dict. loc. §. 23. & jurispubl. Prud. cap. 15. n. 37. Schrader. p. X. de Feud. Sect. 1. n. 24. ſeqq. Schilt. Jure Feud. Alem. c. 1. §. 19. Eybenius in Elect. Feudal. cap. 9. §. 12. & §. 16. pag. 610. 615. Edit. fol.* Dynaſtæ Imperii immediati vocabantur Barones, ad Status Imperii relati, pari cum Comitibus jure. Ita *Leibnizius Tom. II. ſcriptor. Brunſ. Introduct. p. 24.* Nobilium, ait, appellatio Comitibus aut Dynaſtis non multum inferioribus propria erat. Et veteri more Duces Comitesque Baronum titulo gloriatos fuiſſe, narrat *Alteſerra de Ducibus & Comitibus Gallia Provincial. lib. 1. Cap. 1.* Adeo etiam Barones titulo *Dei gratia* utebantur. Exemplum refert *Eſtor. de Miniſterial. cap. 9. p. 613.* Hi ſcilicet ſunt Barones Imperii, qui in Conſtitutionibus publicis ſignificantur voce Herren und Frey-Herrn. Francorum more, qui apud alios dicebantur *nobiles*, nominabantur *Barones, Optimates, Drudi* ſive *Drotbi. Gundl. dict. diſp. Cap. 2. 3. 4. 5. 6.* Hinc forte derivatur uſitatum hodie vocabulum Droſt, Land-Droſt, quod denotat Præfectum provinciæ.

15 (*l*) *Coccej. dict. loc. §. 6. & in Jurispr. publ. c. 15. §. 32.* Herr und Frey, eandem qualitatem denotabat. Edelmann und Freymann opponebatur miniſterialibus des Reichs Dienſtmannen ſive Knechte, quorum etiam gradus diverſi fuere, prout erant Ordines diverſi der Freyen. Ex his Principes dicebantur die höchſte Freyen *Schilt. J. Feud. Alem. cap. 1. §. 13. ſeqq.* Herrn und Freyen plerumque poteſtate & Imperio erant præditi. Qui vero officium non habuere, exemti tamen fuere a Miniſteriis Regni. Officia primaria collata denen Herren, erant Comitatus & Dynaſtiæ ſive Baronatus Imperii, cum poteſtate banni, ſive judicii. Titulum eines Edelmannes ſæpius etiam Comitibus tributum teſtatur *Coccej. dict. loc. §. 6.* & refert exempla, inter quæ, quod allegat, Comitis Saynenſis, ex certiori notitia recenſere poſſum. Scilicet, cum Anno 1436. *Dietericus Comes Saynenſis* Dynaſtiam *Friedewald* Landgravio Haſſiæ in feudum obtuliſſet, literæ Inveſtituræ, præmiſſis verbis reliquis neceſſariis, ita fuere datæ: Das Schloß Friedewald und Statt mit allen und jeglichen ihren Zugehörungen, keinerley ausgeſchieden, zu rechtem Mann-Lehn gelichen haben, und leihen gegenwärtiglich in Krafft dieſes Briefs, alſo daß Er und ſeyn Erben das vorgedl. Schloß

Schloß Friedewald, Burg und Statt mit ihren Zugehörungen in Verbaß (i. e. ins künfftig) von uns und unſern Erben zum rechten Mann-Lehn haben, tragen verſtehen, verdienen und empfahen, unſer Erb-Edelmann ſeyn und bleiben ſoll ꝛc. Retentus fuit hic titulus in literis *Wilhelmi Landgravii* datis *Gerhardo* Comiti A. 1490. & in ſequentibus, usquedum extincta A. 1606. cum *Henrico*, Stirpe Saynenſi maſcula, & ſucceſſione devoluta in *Erneſtum*, jure *Annæ Eliſabethæ* matris, poſtmodum ad Erneſti filias; Stylus cœperit paulatim mutari: Daß ſie i. e. filiæ Erneſti Schloß Friedewald und Statt ꝛc. zu rechtem Erb-Mann-Lehn haben, tragen, verſtehen, verdienen und mit empfahen, unſere Erb-Lehn-Trägerinne darum ſeyn und bleiben. ꝛc. Wir ſollen und wollen auch obgemeldte Gräffin zu ihrem Rechten vertheidigen und verantworten, beſchützen und beſchirmen, gleich andern unſern Edelmannen ꝛc. Ita ſunt verba Inveſtituræ A. 1643. Eadem formula adhibita in Inveſtitura collata A. 1701. Sereniſſimo Principi *Johanni Wilhelmo, Duci Saxoniæ Jſenacenſi*, qui erat nepos dicti Erneſti ex filia *Johannetta*, nec non filiabus Comitis de Manderſcheid ex uxore *Erneſtina*, ejusdem Erneſti Comitis altera filia.

Obiter hic notamus denominationem, zu rechtem Mann-Lehn, non eſſe 16
ejus ſignificationis, ut excludatur qualitas feudi promiſcui, ſed denotare feudum nobile, vid. *Speidel. Notabil. verb.* Mann-Lehn, *Wehner Obſerv. pract. ead. voce.* Quod in plurimis aliorum Principum Inveſtituris antiquis obſervatur. Hinc in poſterioribus inveſtituris loco rechtem Mann-Lehn poſitum fuit, juxta naturam hujus feudi Erb-Mann-Lehn; ſignificatio vero feudi propriæ maſculini ex conſuetudine eſt judicanda.

(m) *Eyben. Elect. Jur. Feud. cap. 9. §. 11. pag. 608. ſeq. Coccej. diſt. diſp. de poteſt. Stat. Imp. circa dignit. cap. 1. §. 14.* Titulus erbarn Leute. Nobilibus tributus legitur paſſim, vid. *Chronic. Widemanni pag. 707. Adami Urſini Chron. Thuring. pag. 1285. in Tom. III. ſcriptorum Germ. Menkenii.* 17

(n) Omnis enim Nobilitatis, quatenus eſt dignitas civilis, origo & principium eſt a ſumma in Republica poteſtate. Quodſi etiam iis contigit quandoque, qui beneficio fuere indigni, hoc ad accidentia pertinet, rem ipſam non afficit vel imminuit. Pari ratione, ac ſi ex deſcendentibus ab eo, qui primus acquiſivit eam dignitatem dignissimus, unus alterque fecerit ſe indignum, manebit in hoc nobilitas ſanguinis, imminuta licet nobilitate virtutis. Potiorem eſſe, quæ a virtute eſt nobilitas, ea quæ a majoribus transplantatur, nemo ambigit. Sed alia eſt ratio dignitatis civilis. A civili ſocietate ejusque conſtitutione eſt etiam, ſi nobilitas generis antiqua ſpectatur in quibusdam negotiis, muneribus Eccleſiaſticis & civilibus, in Collegiis, & vario vitæ humanæ conſortio. Non, quod nobilitatis acquiſitæ recentioris exiſtimatio ſit minor, aut hæc deſpicatior, cumprimis ſi virtutis eximiæ fuerit præmium, ſed quod per rationes ſingulares antiquitati generis prærogativam tribui Reipublicæ expedire viſum fuerit. Exempli Gratia: Officia Eccleſiaſtica in Imperio Germanico tempore antiquiſſimo conferrebantur perſonis ex ordine plebejorum, magis quam nobilibus: Militiam eſſe proprium nobilitatis putabatur: Qui linguæ latinæ, vel ulterioribus paulo literarum ſtudiis operam dabant, Eccleſiaſtico ordini ſeſe addicebant vel in eo erant recepti. Et hi fere ſoli fuere, qui generis proſapia gloriari non poterant. Cum vero Epiſcoporum aliorumque Eccleſiaſtici ordinis virorum magnæ imo potiſſimæ partes in graviſſimis Reipublicæ negotiis eſſe cœpiſſent, indignum judicavere Germanicæ familiæ nobilitate majorum inſignes, ſi in Collegia, ex quibus Epiſcopi deſumerentur, admitteretur quilibet alius, Pontificum Romanorum, qui Germanicæ Reipublicæ ſemper fuere moleſti, auctoritate, vel etiam indulgentia Imperatorum Carolingorum obtruſus. Vide *Gundlingiana parte XI. Artic. I. §. 4. 13. 14. 16.* Hinc laudabili inſtituto factum, non diſſentientibus Imperatoribus imo ſecundantibus, ut non admitteretur amplius, niſi qui antiquitatem generis, & quidem ex utroque parente, certis gradibus, demonſtrare poſſet. Ci mori, ut etiam Romani Pontifices acquieſcerent, docuit eos neceſſitas & prudentia, *Gundlingiana diſt. part. XI. pag. 17.* & retinuerunt ſibi facultatem conferendi dignitates Eccleſiaſticas abſque reſpectu ad celebritatem generis, eas ſaltem, quæ ab eorum arbitrio mere dependent. Proinde in Germania ad Collegia ſive Capitula Canonico- 18

rum Ecclesiarum primariarum non pervenire possunt, nisi qui more recepto generis antiquitate fuerint clari. Licet etiam aliqua, ubi more recepto antiquitas generis non spectaretur, in membris Collegii omnibus sint, cavere tamen solent, ne ad superiorem dignitatem perveniant alii, quam qui celebritate prosapiæ sunt insignes. Magna ergo est in Germania, & manebit nobilitatis veteris existimatio. Adeo ut qui ea sunt conspicui, non inferiores sese reputent iis, qui ad altiorem in Ordine civili gradum noviter fuerint evecti, Comitum & Baronum. Plurimæ sunt in Germania familiæ nobilium, qui a Dynastis antiquis, denen Herrn und Freyen, descendunt. Agnoscet hoc, cui placuerit evolvere *Bucelini Germaniam Stemmatographicam*, *Spangenbergii* Adels Spiegel, & similes. In novissima singulari cura & Studio edita Historia Brunsuic. & Luneb. *Pfeffingeri*, recensentur familiæ de *Alvensleben L. 3. c. 13. pag. 663. de Steinberg L. 1. cap. 7. pag. 141. de Schulenburg. L. 3. cap. 14. pag. 614. de Wersberg. L. 3. cap. 10. pag. 544. de Bülow. L. 4. c. 4. pag. 186.* & aliæ plurimæ. Non loquor de Comitibus, qui territorii & status Imperii jure gaudent, von regierenden Reichs-Graffen und Herren, sed de iis qui in eorum numero non sunt. Quod si ex his aliquis cum dignitate personali officium aliquod eminens habuerit conjunctum, præcedere poterit pro qualitate officii etiam prioribus. Faciunt huc verba Capitul. Cæsareæ Josephinæ art. 39. & Caroli VI. art. XXIV. daß in unsern Reichs-Hoff, Kriegs- und andern Räthen auf denen Ritter-Bäncken zwischen denen vom Ritter-Stand, welche zu Schild und Held, Ritter und Stiffts-mäßig gebohren, und denen Graffen und Herren, so in denen Reichs-Collegiis keine Session oder Stimme haben, oder von solchen Häusern entsprossen und gebohren sind, in der Raths-Session dem alten Herkommen gemäß kein Unterschied gehalten, sondern ein jeder nach Ordnung der angetrettenen Raths-Diensten ohne einigen von Standes wegen unter
19 denenselben führenden Vorzug, verbleibe. Quid ergo tandem nobilitas vel dignitas nova adferet commodi? Num etiam a Majestatis Imperatoriæ plenitudine suppleri poterit defectus prosapiæ? Non puto Cæsareæ Majestatis unquam fuisse aut fore voluntatem, ut per Diplomata moribus statutisque antiquis Collegiorum derogatum esse deberet. Proinde non sequitur, si in Diplomatibus nobilitatis suppletus esset numerus der Ahnen, ut propterea aliquis ad Collegium admitti possit, in quo per Statuta antiqua requiritur probatio majorum Nobilium vera & naturalis. Neque etiam in Romana Republica antiqua imaginum nobilitatis series erat spectata, si non esset vera sed ficta vid. supra §. IV. in fine. Nihil tamen obstat, quo minus in occasionibus aliis voluntas Cæsarea & potestas plenissima, plenissimum habeat effectum v. gr. in Diplomatibus Cæsareis, quibus conferuntur Dignitates Principum, Comitum, Baronum, Equitum & Nobilium, exprimitur facultas adquirendi Principatus, Comitatus, Dynastias s. Baronatus, feuda & bona Equestria, Nobilia aliaque conceduntur privilegia, quæ recensuit *Iosias Nolden in Disp. de Statu Nobilium, qua reperitur in Nucleo Jur. publ. Giessensi cap. 9. usque 12.* & *G. Beyerus in Delineat. Jur. Germ. Cap. 2.* His omnibus non frui posset ad dignitatem evectus, nisi interventu auctoritatis Cæsareæ. Atque ita personæ, quibus istæ dignitates sunt collatæ, habiles redduntur ad reliqua, si occasio detur, & facultates adsint, adquirenda possidendaque a quibus absque collatione dignitatis forent exclusæ. Possunt etiam dignitatem acquisitam derivare ad posteros, & hi successu temporis antiquitatem generis, imagines majorum, ut Stylo veteri loquar, producere.

20 (o) *Coccej. de Jur. Stat. Imp. circa dignit. c. 2. §. 18. seqq. Schilt. Comment. ad J. F. Alemann c. 1. §. 14.* A Nobilium vero classe non excludendæ sunt familiæ generis antiquitate spectatæ, quæ civitates Imperiales majores & præcipuas inhabitant. De origine Urbium Germaniæ satis commentati sunt *Lehmannus Chro. Spir. L. II. Cap. 19. Conringius de Urbib. Germ.* Conjecturis *Thomasii diss. de Jur. Stat. Imp. danda Civitat. §. 30.* potiorem judicavit, neque immerito, doctrinam *Rhetii Disp. de dignit. Imp. Germ. Cap. 1. §. 28. Georgius Beyerus Delin. Jur. Germ. Lib. I. cap. XII. §. 4.* Unde pauca ad locum præsentem excerpemus: Quod ad condendas urbes non solum infimæ sortis homines, sed etiam qui ingenui erant, & qui nobilitate claruerunt, auxilia præstiterint, habitatioque in urbibus non minus his, quam illis placuerit ad vitæ cum securitatem, tum commoditatem, relicta sustentatione ex opificiis & mercatura civibus ex ordine inferiore. Mercatura intelligenda est plebeja & vulgata distincta ab ea, quæ

est

eſt nobilior, nullique ordini unquam fuit dedecori, neque eſt hodie. Quotus quisque enim eſt Nobilium, qui utilitatem ex prædio ſuo non capiat, per mercimonium frugum, vini, cereviſiæ, animalium &c. neque de tali intelligi debent e. g. privilegia Noribergenſium Henrici VI. Imp. Ut quemadmodum feciſſent antea, ita imposterum abſtineret mercatura & cauponia vini. vid. *Hachenb. Germ. med. Diſſ. 2. § 10. G. Beyer Delin. Jur. Germ. Lib. I. cap. 12. §. 17.* Quidnam eſt ergo, quod dignitatem eminentiorem ſibi vendicare ſolent Nobiles extra urbes degentes, præ iis qui incolunt urbes earumque facti ſunt cives? Nihil aliud eſſe puto, quam quod exiſtimatum fuerit, commixtum eſſe ſanguinem nobilium per connubia cum civibus aliis: quod civem eſſe in urbe, & officia obire urbica, non ſatis dignum videatur nobilitate. Hinc factum, ut aliqui relictis urbibus, alias elegerint ſibi ſedes in prædiis caſtrisve acquiſitis. Multi vero nobilitatem proſapiæ etiam in urbibus ſollicite conſervare ſtuduerunt, adeo 21
ut in urbibus quibusdam Germaniæ antiquis & potioribus in hunc usque diem ſtirps remanſerit Nobilitatis, quæ antiquitate & imaginibus majorum cum aliis, qui illos tanquam Urbicos deſpiciunt, certare poſſit. Spectat huc etiam hiſtoria controverſiæ inter 22
Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Monaſterienſis cum Nobilitate Urbica denen Erbo Männern per ſententiam Cameralis Judicii & poſt tentatam viam Reviſionis, Decreto Cæſareo deciſæ v. *Elect. Jur. publ. Tom. I. pag. 917. Tom. II. pag. 255. Obſ. Forenſes noſtras in Appendice ſententiarum Num. XLVII. pag. 181. ſeqq.* De Urbibus eſt hic 23
ſermo, quibus conſervatio familiarum nobilium curæ fuit, non de iis, ubi per formam Reipublicæ non eſt differentia, quam quod alii ſint cives ſimpliciter alii ex his lecti digniores gerant Magiſtratum, ſ. officium Senatorium: vid. *Puſend. J. N. G. Lib. 8. cap. 4. §. 31.* multo minus de iis, in quibus neſcio quæ ratio ſtatus; ut ita loquar, regnat, ne ad munus Senatorium pervenire poſſent viri literati.

(p) Abuſus quandoque exſtitiſſe in conferendis dignitatibus, non eſt dubium, alias ſuper- 24
flua fuiſſet in Capitulationibus Cæſareis cautela. Verbis: Bey Collation Fürſtlicher, Gräflicher auch anderer dignitäten ſollen und wollen wir Zeit unſerer Königlich- und Käyſerl. Regierung dahin ſehen, damit ins künfftig auf allen Fall dieſelbe allein denen von uns ertheilet werden, die es vor andern wohl meritiret, im Reich geſeſſen, und die Mittel haben den affectirten Stand pro dignitate auszuführen, & reliqua Art. XXII. Capitul. Caroli VI. Imp. Auguſti.

(q) *Feudor. 14. Struv. J. F. cap. 3. aph. 5. n. 3. Gundling. Diſp. An nobilitet Venter. Cap.* 25
2. §. 9. & inprimis *cap. 3. §. 52.* Stylo Curiæ ſæpius exæquati ſunt Principibus Comites, promiſcuaque inter eos appellatio. Vid. *Ch. Wilh. ab Eyben diſſ. de Stylo Cur. § XIII.* qui & § *16. ſeqq.* peculiares familiæ *Schwartzburgicæ* prærogativas recenſet. Ex *Miſnia Marggraviis* multos Comites prognatos, qui titulum Principum non retinuere, dignitate tamen non inferiores, ex *Fabricii Originibus Sax. Lib. V.* petere licet. Non ſequitur, Principis titulo non utitur, ergo Princeps non eſt, modo ex 26
Principum familia legitime deſcendat. Quid enim, ſi introducto primogenituræ Jure, filii ſecundo loco nati Comites vocari velint, aut ſi Comes ſit primogenitus, Nobiles. In Gallia etiam obſervarum, Regiæ ſtirpis principes Comites vocari, exemplo *Roberti* Auctoris hodiernæ familiæ *Bourbonie* in Gallia regnantis, qui olim *Comes de Clermont* dictus fuit. Philippi III. R. Gall. filii Comitis de Valois. Comitis *de Soiſſons apud Gallia* rerum ſcriptores. Modernus Exercitus Cæſarei Dux glorioſiſſimus *Eugenius Sabaudiæ Princeps* olim etiam *Comes de Soiſſons* vocabatur.

§. VIII.

De ſtatu Fœminarum inter Germanas gentes, ut propius ad inſti- 1
tutum accedamus noſtrum, ordo jam eſt dicendi. Priſcorum Germanorum virtutem etiam in fœmineo ſexu commemorat *Tacitus M. G. cap. 18. 19. Severa inter eos fuiſſe matrimonia;* In compendio exprimere voluit omnia,

cum ait : *Nullam morum partem magis laudandam esse. Solos prope barbarorum* (h. e. qui non erant Romanæ civitatis) *Germanos, singulis uxoribus esse contentos, exceptis admodum paucis, qui non libidine, sed ob nobilitatem plurimis nuptiis ambiebantur. Septa pudicitia egisse fœminas nullis spectaculorum illecebris, nullis conviviorum irritationibus corruptas.* (a) *Publicatæ pudicitiæ nullam dari veniam. Non forma, non ætate, non opibus* (semel corruptam) *maritum invenire. Nemo illic* (O! quam laudabilis memoria Germanorum) *vitia ridet, nec*
2 *corrumpere & corrumpi seculum vocatur.* Nemo dubitaverit in tanta gentis morum severitate Nobilitatisque existimatione in connubiis quoque fuisse cautos Germanos, ne essent nobili genere natis viris aut fœminis cum ceteris ordinibus promiscua. *Generis & Nobilitatis suæ*, de Saxonum gente refert *Adamus Bremensis Hist. Ecclesiast. cap. 5. providissimam curam habuisse, nec facile ullis aliarum gentium vel sibi inferiorum connubiis infectos, propriam & sinceram tantumque sibi similem gentem facere conatos esse. Legibus etiam firmatum fuisse, ut nulla pars in copulandis conjugiis propriæ sortis terminos transferat, sed Nobilis Nobilem ducat uxorem, liber liberam, libertus coniungatur libertæ, servus ancillæ:* Capitis quoque pœnam in transgressores con-
3 stitutam fuisse, Historicus dicto loco refert. Idem fere legibus *Burgundorum*, & *Longobardorum* sancitum erat. (b) Mitiores quoad pœnam fuere *Alemanni*, sed tamen conjugia inæqualia non minus aversabantur. (c) Non aliter de Francorum antiqua gente est existimandum. (d)

4 (a) Hanc Pudicitiæ septæ laudem non meruisse neque obtinuisse crediderim fœminas Germanas antiquas, si juvenibus maribus & puellis, viris & fœminis, mixtis inter se, & nudis corpore, conversari in balneis, tunc temporis fuisset permissum. Nam quod referente *Hachenb. Germ. med. Diss. V. §. 12.* Narravit *Poggius Florentinus*, vir celebris seculo XV. factum esse in thermis Badensibus, & *absque suspicione inhonesti,*
5 *absque Zelotypia maritorum :* Credo Italum vel suis oculis non usurpasse, vidisse fortassis balnei picturam aliquam, vel, ut erat Vir, teste *P. Iovio in Elogiis*, facetus, cum amico suo ludere voluisse, non vero rem certam veramque scribere.

6 (b) Recenset eas *Potgieserus* in Tractatu utilissimo de *Conditione & Statu Servorum Lib. 2. Cap. 1. §. 7.*

7 (c) *Potgieser dicto loco §. 9. seq.* Ad gentilium vero libidinem pertinet consuetudo Septentrionalium quorundam populorum, ut jus esset hero, servi sui Sponsam, a se prius defloratam ei reddere. Nam Christiana religione recepta, mos iste desiit, cujus vestigia in præstatione quadam pecuniæ pro redemtione sponsæ, alicubi supersunt. Vid. *Hachenb. Germ. med. diss. V. §. 12. Potgieser dict. loco §. 16.*

(d) *Gundling. diss. an nobilitet venter. Cap. 3. §. 29.*

§. IX.

1 Ad recentiora tempora si respicimus, tantum abest ut obliti fuerint generis sui & moris antiqui viri illustres nobilesque Germani, ut potius æqualia genti suæ & ordini conjugia quæsiverint, inæquales vero consociationes per matrimonia legitima sollicite vitaverint. Non opus est, ut hoc multis verbis probetur. Docemur ea de re ex Genealogiis quotquot
2 extant. Novissimæ ætatis vero ea fuit multorum nescio quæ morum corruptio affectuumque intemperantia, ut consuetudinem vitæ individuam matrimonialem cum fœminis multo inferioris conditionis inire non dubitaverint, spem conceptam sæpius irritam experti, gravissimis etiam dif-
3 ficultatibus familiam onerantes. Observamus vero, quod sederit istis quandoque hæc opinio, acsi nihil interesset, cujus qualitatis fœminæ illu-

istris

ſtris dignitatis vir copularetur. Hanc protinus acquirere dignitatem maritò æqualem per ipſum matrimonium, liberos conditionem patris ex ſanguine trahere : Quæ opinio quam ſit erronea & moribus patriæ adverſa, ex iis quæ mox dicentur, conſtabit. (a)

(a) Quam ego in §§. ſequentibus de matrimonio impari Principum, Comitum, Nobi- 4
lium, defendendam ſuſcepi ſententiam : matrimonium non eſſe modum adquirendæ dignitatis civilis, eandem probatam eſſe deinde, & pluribus argumentis confirmatam à duobus viris celeberrimis & in jure patrio antiquo atque moderno verſatiſſimis vidi, quorum alter hodie, cum hoc ſcribo, vivit adhuc feliciter, alter eſt defunctus. *Dno J. P. de Ludwig in Diſſert. de Different. Juris Romani & Germanici in dignitate uxoris* von Kunckel Adel *Differentia I. & II. & N. H. Gundlingio in Diſſ. ſæpius citata, An nobilitet venter. cap. 3.* Quod vero ex iis prior vir Illuſtris, a me honorifice diſ- 5
ſentiens, exiſtimat Different. III. fœminam non amittere dignitatis gradum, quem habet a patre, licet conceſſerit in matrimonium viri inæqualis conditionis : ea in re, ut mutem ſententiam meam contrariam, adductus non ſum, motus, cum ratione magnæ imparitatis, quæ familiæ, ex qua enupſit fœmina, honori eſſe non poteſt, ergo nec ipſi nuptæ, alia dignitas manere quam domus, cui individuam addixit vitæ conſuetudinem : Tum vero exemplis variis, a quorum nominatione abſtinendum putavi. Praxin Impe- 6
rii & uſum fori ita eſſe ſæpius vidi.

§. X.

In præcedente §. VII. ſub finem ordines dignitatum Germaniæ recen- 1
ſuimus. Hinc petenda erit quæſtionum §. III. propoſitarum reſolutio. Nimirum, collatione nova dignitatis opus non eſſe, ſi uxor Comes, vel quæ dignitatis fruitur paritate, matrimonio jungatur Principi. Tranſibit hæc in ordinem Principum fœminarum virtute majoris ſive Regalis, quam jam habebat dignitatis. (a) Retinebit eam Vidua. (b) Amittet rurſus, ſi vidua Comiti ſecundis votis fuerit copulata. (c)

(a) *Eyben. de Tit. Nobilis*, §. 7. *Chr. VVilh. Eyben. de Style Cur. §. XI.* Hinc Stylus 2
Curiarum : der Durchlauchtigen Fürſtin, Frauen N. vermählter Hertzogin zu N. gebohrner Gräfin zu N. Exempla recentiora paſſim ſunt obvia, antiquiora ex Genealogicis ſcriptoribus peti poſſunt. Notum eſt de cetero, ex Cancellaria Imperatoris 3
& a Moguntino Electore, qui eſt Imperii Archi-Cancellarius, titulum Durchleuchtig etiam Principibus non dari, niſi præſtita taxa 6000. Florénorum, quæ pro acquiſitione hujus tituli uni familiæ ſufficit. Et in Camera Imperiali non tribuitur titulus, etiam ſi in Cancellaria aulica fuerit redemtus, niſi etiam præſtitis præſtandis in Cancellaria Camerali, qui tamen ſumtus ſunt multo leviores.

(b) *Strauch. Jur. publ. Tit. 36. pr. Myler. Gamol. cap. 9. §. 2.*

(c) *Coccej. de Lege Morganatica, Sect. 3. §. 36.*

§. XI.

Diverſum erit dicendum, ſi Princeps Comesve nobilem inferioris 1
gradus duxerit, quia hic de acquiſitione ſuperioris nobilitatis foret quæſtio. Exempla recentiſſima petiti & impetrati eo caſu altioris nobilitatis gradus ab Imperatore, dubium omne removent. (a) Unicum idque ve- 2
tus in Scriniis Saxoniæ Ducum legitur, quod nobilis fœmina Duci Saxoniæ nupta, (b) Princeps ab Imperatore fuit appellata. Id quod meritis Wilhelmi Ducis plane ſingularibus indultum, ad caſus ſimiles non tractum nèque trahendum. (c)

(a) Recenſebimus exempla, quæ ſuccurrunt : *Sereniſſimi Ducis Saxonici Jo. Adolphi in* 3
VVeiſenfels uxor Nobilis DE BÜNAV : *Georgii VVilhelmi Ducis Brunſuic. Luneb.*

uxor Eleonora Desmiers, Spener. de illuſtr. Gallia ſtirpibus Tab. 79. Leopoldi Principis Anhaltini in Deſſau uxor von Jöſen. *Becmann. Hiſtor. Anhalt. part. V. pag. 291.*
4 Reichs-*Archiv. part. Spec. Contin. II. tom. 2. rubr.* Anhalt *pag. 93. usque 95.* Principalem dignitatem ab Imperatoria Majeſtate obtinuere.

Aliæ dignitate comitum Imperii ornatæ ſunt ab Imperatore, poſtquam junctæ fuerunt matrimonio Principibus. Talia ſunt exempla: Uxoris *Alberti Ducis Saxoniæ Coburgici, quæ dicebatur de Kimpinsky*: Deinde in familia *Anhaltina*:

5 *Jacobina de VVede uxor Principis Lebrechti, Becmann. Hiſt. Anhalt. part. V. p. 383.* Errant enim tabulæ vulgares genealogicæ, quæ Principis titulum ei tribuunt.

Johanna Eliſabetha de Kroſigk uxor Principis Georgii Ariberti. Liberi tamen ab ea nati patris dignitatem non ſunt conſecuti, ſed Comitum *de Bebringen*, vid. *Becmann. dict. part. V. p. 241. Dnus de Ludwig. Opuſc. pag. 1177.*

6 *Giſela Agniſa* Rathin uxor Principis *Emanuelis Lebrechti*, Comitis dignitatem accepit a Leopoldo Cæſare, addito nomine von Neuburg. *Becm. p. 464. ſeq.*

VVilhelmina Charlotta Müßlerin uxor Principis *Caroli Friderici* eandem dignitatem obtinuit A. 1719. *Plura hac de re inveniet Lector in adjunctis ad præſentem Tractatum.*

7 *Chriſtina Eleonora*, Nobilis *de* Zeutſch, uxoris *Jo. Ludovici Principis*, altiorem dignitatem contigiſſe non legimus, vid. *Becm. pag. 446. ſeq.* Notatu digna tamen eſt declaratio Imp. Leopoldi, data iſti *Joh. Ludovico* in favorem liberorum A. 1698. v. Reichs-*Archiv. P. Spec. Contin. II. tom. 2. rubr.* Anhalt. *pag. 92.*

8 Nullum vero, quod ſciam, legitur exemplum fœminæ ex antiqua Comitum Imperii familia natæ, quæ, ſi cum Principe Imperii matrimonium inierit, collatione dignitatis Principalis alia quam matrimonii opus habuerit. Non enim matrimonia talia
9 Principum habentur in numero eorum, quæ ſunt imparis conditionis. Plurima matrimonia Principum cum fœminis, ex Comitum familiis natis, felicissima illis fuere etiam
10 in Ditionum acceſſionibus. Cauti tamen eſſe ſolent Principes, qui cum Regibus vel etiam ipſa Majeſtate Cæſarea conſanguinitate ſunt juncti, ne matrimonia contrahant cum perſonis, quarum affinitas illis diſpliceat.

11 (*b*) *VVilhelmo III.* erat Catharina de Brandſtein ducta in matrimonium a morte uxoris primæ Annæ, Alberti Imperatoris filiæ, vid. *Mülleri Annal. Saxon. A. 1463.* ubi notabilis circumſtantia: titulum Hochgebohrn plus valuiſſe quam Durchleuchtig, quod hodie aliter ſeſe habet: illum ſolis Principibus tributum, nec perſtitiſſe Wilhelmum, ut uxori tribueretur, ſi aliter viſum fuiſſet Electori. Recenſebimus nonnullas circumſtantias hue facientes in Appendice. Aliter *Pfannerus* judicat *cap. IV.* des MSpt. Berichts von Fürſtl. Heyraths-Sachen §. 13. reſpexiſſe fortaſſis Wilhelmum ad qualitatem nativitatis, quæ per acceſſionem dignitatis augeri non potuerit, neque titulum der Erleuchten facere eine Hochgebohrne, quæ ſanguine talis non erat.

12 (*c*) Niſi forte dicere malis, Catharinam ex ſuperiori Nobilitate fuiſſe ortam. Commemorant enim acta, Nobiles a Brandenſtein ad Comitia Auguſtana A. 1566. fuiſſe vocatos & domum *Rabiis* ab Imperatoribus Privilegiis inſignibus fuiſſe ornatam. Ipſi
13 tamen a Comitiis ſeſe excuſarunt, weil ſie ſich in allen Fällen an die von Sachſen als ihre Lehn- und Landes-Fürſten gehalten, von denen ſie auch hinwiederum bey dem Käyſer vertreten worden ſeyen. Ex quo non ſine ratione concludi poſſet, ad inferiorem nobilitatem Catharinam referendam non fuiſſe, etiamſi titulum *Nobilis* tantum geſſerit.

14 Imparis matrimonii exempla vetuſtiora, notatu tamen præ aliis digna ſunt:

Henrici Thuringiæ Landgravii, qui poſt uxores duas cum Conſtantia Auſtriaca, & Agneſa, Ottocari Bohemiæ Regis filia, tertio matrimonio ſibi junxit *Eliſabetham Malticiam*, quam nobilem fuiſſe aſſerit quidem Medicus Hiſtoricus *C. F. Paulini Annal. Iſenacenſ. p. 51.* argumento diplomatis de Anno 1380. pag. 89. Sed potiori ratione negat vir Illuſtr. *J. P. de Ludwig diſſ. de dignitate uxoris* vom Kunckel-Adel. *Differt. I. lit. C. in Opuſculis pag. 1154.*

Albertus dictus *Degener*, *Thuringiæ Landgravius* defuncta conjuge Margaretha Frid. III. Imp. filia, *Cunigundam de Eiſenberg*, antea pellicem, legitimo matrimonio ſibi ſociavit.

ſociavit. vid. *Dn. de Ludwig. dict. diſſ. pag. 1172.* ubi de filio *Apitio* a ſucceſſione excluſo.

Fridericus I. Victorioſus, Elector Palatinus, filius Ludovici Barbati, conjugem legi- 15
timam habuit *Claram de Teting.* Ex qua nati filii, primo Comitum de *Scharfeneck* titulum habuere, deinde matrimoniis felicibus aucti, Comitatus, *Lœwenſteinenſem* & *Wertheimenſem*, adquiſiverunt. Vid. *Spener. Oper. Herald. tom. 2. cap. 56. & ſyllog. Geneal. p. 259. Imhof. N. P. J. Lib. 8. cap. 6. §. 1. Dn. de Ludwig dicta Diſſ. pag. 1171.* Auctor tractatus, cui titulus: Die ausgelöſchte Chur-Pfalz Simmeriſche Stamm-Linie *Anno 1732. recenter editi* zu Saar-Louis *pag. 14. ſeqq.* in annotationibus.

Ernestus Marggravius Badenſis habuit in matrimonio *Urſulam de Roſenfels*, & 16
poſt hanc *Annam de Hohenheim.*

Eduardus Fortunatus conjugium iniit cum *Maria Jodoci ab Eiken* filia. Quanquam vero fortuna ſecunda uſus non fuerit *Fortunatus*, multorum enim malorum occaſio fuit non ſolum hoc matrimonium; ſed & ipſius Fortunati temperamentum. Filius tamen ejus *Wilhelmus* fuit felicior, cum *Georgius Fridericus Marggravius Durlacenſis*, poſt infelix prœlium prope Wimpfenam Urbem, Principatum Badenſem ſuperiorem reſtituere *Wilhelmo* juſſus fuerit, per ſententiam Imperatoris A. 1622. moxque executio peracta. *Henniges in Meditat. ad Inſtr. Pac. art. IV. §. de cauſa Badenſi 26. Pfanner. Hiſtor. pacis Oſnabr. Lib. V. §. 26. ſeqq.*

Otto Dux Brunſuic. & Luneb. filius Henrici junioris, junxit ſibi matrimonio *Mechtil-* 17
dem de Campen. Hujus nepos *Wilhelmus* lineam *Harburgicam* finiit. vid. *Pfeffing. Hiſtor. Br. Lüneb. lib. 4. pag. 299. 305.*

Ferdinandus Bavariæ Dux ſociavit ſibi uxorem *Mariam Pettenbekiam*, ex qua filii 18
nati cum deſcendentibus, *Comitum de Wartenberg* titulo utuntur, a ſucceſſione in Ducatum Bavariæ excluſi. De *Ludwig. dict. diſſ. pag. 1172.*

De Caroli Lotharingiæ Ducis matrimonio cum filia Pharmacopolæ, vide *Bauveau Memoires pag. 121.*

In HOLSATICA Ducali familia etiam commemorantur exempla ſequentia: 19
Alexandro Henrico Duci Holſatiæ Sunderburgico placuit filia Miniſtri Eccleſiæ *Mariæ Hesbuſiæ, Tab. Hübneri 220.* Ex ejus filiis nullus ſupereſt.

Ernestus, vid. *Hübn. Tab. 221.* nobilem *de Velbruk* uxorem duxit. *Fridericus*, 20
prioris frater, adeo ſe demiſit, ut etiam tonſoris filiam uxorem ſibi eſſe voluerit, nomine *Berenterin.*

Chriſtianus Carolus Plœnenſis cum Nobili de *Eichelberg* matrimonio fuit junctus, *Tab. 226.*

Qui in Familia Würtenbergica lineæ Mœmpelgardenſis extitit caſus, recenſitus eſt in Tractatu, de *Introd. Jur. Primog. Part. Spec. §. XVII. pag. 92. ſeqq.* ibi ad ſubſtratam materiam: plura ea de re inveniet Lector in præſentis Tractatus Appendice.

In *Naſſovica Sigenſi familia* recens & notabile eſt exemplum *Joh. Franciſci Deſi-* 21
derati, qui tertiis nuptis copulavit ſibi *Iſabellam Claram Eugeniam de la Serre Tab. 257.*

Ex omnibus hisce fœminis nulla dignitatem maritorum Principum obtinuit. In 22
Comitum Imperii familiis permulta inveniuntur in tabulis Genealogicis exempla matrimonii inæqualis, quæ excerpere & huc transferre longum foret.

Sermo autem nobis huc usque fuit de conjugio legitimo: De concubinis vel pel- 23
licibus & ex iis ſuſceptis liberis, dicere non eſt opus, & a ſcopo noſtro alienum; neque enim has in numero habemus fœminarum illuſtrium, qualicunque titulo ſint inſignitæ. Quis vero non miretur, quod iſtius modi fœminis quandoque dignitas externa contigerit veluti in præmium. Neque etiam legitimatio filii ex concubina nati dignitatem patris ei tribuit, licet hic conſenſerit. Injuſtus pater non eſt pater ſenſu 24
juris, utut foret certus, neque habent agnationem liberi ex illegitima conjunctione procreati. vid. *Gundling an nobilitet venter cap. 3. §. 22. 26.* Recens eſt exemplum Comitis W. C. F. qui cum ab Imperatore filiæ naturalis legitimationem obtinuiſſet, adjectum fuit, daß ſie im Nahmen und Wapen der Conſequenz halber von väterlichem Stamm abſtrahiret werde, 31. Mart. & 8. Jan. Anno 1716. Reges legitimare no-

thos

thos ſuos ad dignitates conſuevere Germaniæ Principes, olim dedecori ſibi eſſe putarunt, ſi extarent, & quidem in celebritate, teſtes ipſorum intemperantiæ.

25 Matrimonia inæqualia Gallica lingua vocantur MESALLIANCES, ad quæ tamen non referenda ſunt ea, quæ ineuntur a Principibus & Comitibus cum fœminis antiqua nobili proſapia natis, quarum majores dignitate & claritate generis illuſtres fuere, li-
26 cet hæ dignitatem mariti per matrimonium non accipiant. Inſignis differentia hic notanda, quæ exemplis confirmatur, quod liberi ex matrimonio cum fœmina nobili, cum primis ſi fuerit antiquo genere nata, tametſi mater ad ulteriorem dignitatem evecta non fuerit, facilius tamen ſanguinis paterni beneficio fruantur, exiſtimatione civili, cum effectu ſucceſſionis quam ſi conjugium contractum fuerit cum plebeja, ubi animi
27 ſenſuumque motus ratio potior fuit, quam prudentiæ. Diſtinctionem hanc obſervavit *Sekendorffius*, cum ait: **Nach alten Herkommen des Teutſchlandes verheyrathen ſich die teutſche Fürſten und vornehme Reichs-Grafen an keine andere Perſon, als welche aus Fürſtl. Gräfl. oder denenſelben gleich geachteten Geichlecht, welches zumahl im Reich bekannt, und etwa dem Landes-Fürſten, der da heyrathet, nicht unterworffen oder Landſäßig ware, gebohren iſt, und ſind Exempel anzuziehen, daß im Fall eine Fürſtliche und hohe Perſon es hierinn anders gehalten und an eine Frauenzimmer von Adel, oder Bürgerlichen Standes, ſich vermählete, es ihnen nicht allein zur böſen Nachrede gereichet, ſondern auch denen alſo erzielten Kindern ihr Stand und Recht zur Landes-Regierung ſehr beſchnitten, auch wohl aberkannt, oder ſie mit geringen Güthern abgewieſen worden.** Fürſten-Staat *Part. 2. Cap. 7. n. 26. pag. 159.* Aliud ſcil. eſt matrimonium impar ratione ordinis, aliud, quod dicitur *Meſalliance*, & indignum aliquid ſignificat. Hinc, ſi quæſtio ſit de ſucceſſione liberorum, Hæc indiſtincte affirmanda non erit, cum *Hornio J. Feud. c. 6. §. 10. Ittero de feud. Imp. c. 14. §. 2. ſeqq. Titio Spec. Jur. publ. l. 4. §. 10. Rumelino ad A. B. lib. II.*
28 *Diſſert. 2. th. fin.* Nimirum diſcernendæ ſunt quæſtiones: An nobilis fœmina Principi, vel Comiti Imperii nupta, per matrimonium adquirat ordinem dignitatis mariti? Quod negandum exiſtimo. Alia: An liberis ex uxore origine nobilis ſuſceptis patris dignitas juraque ſanguinis inhæreant? Quod affirmandum eſſe cenſeo. Niſi obſtent pacta ſpecialia inter ipſos conjugatos vel etiam familiæ. De fœminis inferioris, vel plane vilis conditionis, utramque quæſtionem nego. Dignitati enim familiarum illuſtriſſimarum Germaniæ eſt valde adverſum, ſi quis illecebris talis fœminæ magis quam prudentia ductus, eidem per matrimonium dignitatem ſibi parem conferre præſumeret; Nullo certe jure obſtrictos eſſe putarem agnatos, ut iſtiusmodi fœminæ liberisque
29 honorem familiæ alias debitum, exhibeant. Non poteſt eſſe magis adæquatum ad impediendæ iſtiusmodi matrimonia, quam ut liberis inde natis & dignitas parentis & ſucceſſio negetur, niſi acceſſerit ſummæ in Imperio Majeſtatis conſenſus, atque ad æ-
30 qualis dignitatis conditionem elevatio. Pertinet enim hoc ad reſervata Imperatoria, & docemur de cretitudine hujus rei variis exemplis.

Quodſi liberis ex ipſo jure nativitatis hæc dignitas parentis, hoc ſuccedendi jus com-
31 petiiſſet, quid opus fuiſſet indulgentia Cæſarea? Imperatoria vero Majeſtas ea in re contra jura agnatorum decernere id non ſolet, quo pertinent verba Capitulat. Caſar. art. XXII. in verbis: **Wo ein oder Standt erweißlich darthun würde, daß er an ſeiner Gerechtſame durch neue Standes-Erhöhungen beeinträchtiget worden, derſelbe mit ſeinen habenden Beſchwehrden genüglich gehöret, und das unbillig vorgegangene geändert und abgeſtellt werden ſolle.** Plura dixi *Tract. de Introd. Jur. Primogen. Part. Spec. §. 16. n. 3.*

32 Hinc factum eſt, cum Cæſarea Majeſtas Sereniſſimum A. U. D. S. Reſcripto 9. Martii 1723. & inhæſivo 4. Nov. monuiſſet, ne P. C. matrimonio nimium inæquali ſibi junctæ, & liberis ex ea ſuſceptis, dignitate Principali compellari permitteret; Poſtea vero matri, liberisque hanc dignitatem cum jure ſucceſſionis 25. Nov. 1723. au-
33 ctoritate gratiaque Imperatoria contuliſſet: Ut querelas deſuper ad ſe delatas Electoris Saxoniæ reliquorumque Saxoniæ Ducum, nec non Electoris Brandenburgici audiendo, res iſta, quantum ad jura tertiorum pertinet, ſalvis reſervatis Cæſareis, ad ulteriorem diſcuſſionem remiſſa fuerit, per Concluſum 8. Febr. 1731. Recenſuit hæc pluribus verbis Collector der **Reichs-Fama part. II. pag. 669. part. III. pag. 364. part. VII. pag. 633. part. IX. p. 266.**

Actum

Actum aliquando fuiſſe memini, quid pro conſervanda proſapiæ Principalis celebritate, atque ad impediendа matrimonia nimium inæqualia facto opus eſſet. Sed ſucceſſu res caruit, infinitis difficultatibus, motibus etiam prævifis, impedita. vid. *Stryck. de diſſenſu ſponſalitio Sect. 5. §. 76.* Exemplum *Ferdinandi Auſtriaci*, cujus filii Andreas & Carolus ex *Philippina Velſera* Patricia Auguſtana (alter Comitis *Burgoviæ* titulo, alter Eccleſiaſtica dignitate inſignes defuncti, ille Anno 1618. hic in Cardinalitia dignitate Anno 1600.) excluſi a ſucceſſione Auſtriaca fuere, exponit *Thuanus Hiſt. Lib. LXXI. Myler. Gamol. c. n. 17. Dnus de Ludwig. dict. Diſſ. pag. 1175.* 34 35

Diverſum foret Judicium, ſi legibus publicis eſſet cautum, ne Princeps nobilem inferioris conditionis vel plebejam ſibi matrimonio jungeret, quod recte fieri poſſe affirmat *Rhet. J. P. L. 1. tit. 21. §. 9. ſeqq.* An & familiæ lege conſtitui poſſit, ut ipſe Maritus illuſtris, inferiorem ducens, dignitatis patiatur detrimentum? de Sileſiæ Nobilibus derer von Schweinitz relatum audivi, quod inter ſe ſtatutum inierint: daß derjenige, ſo auſſer Standt heyrathen würde, vor einen von Schweinitz nicht ſolte gehalten werden. Sed ejusmodi pactum, (ſi modo initum unquam eſſe probari poteſt) judicis ſententia probatum iri, valde dubito. Teſtamento quidem Principum cautum eſſe obſervavi, ne filii inferioris conditionis fœminis ſociarentur, quo nomine laudatur *Erneſtus Dux Saxoniæ Gothanus.* Cujus & illud fuit conſilium paternum, ne filii Comitibus, qui fide Saxoniæ Principibus eſſent obſtricti, in matrimonium collocarentur. Sed hæc monita conſiliaque paterna ſunt, non Leges, quæ actum contrarium reddant irritum. 36 37 38

In univerſum, ſi de matrimonio inæquali, conſilii ſit quæſtio, poſtremam omnium rationem eſſe putarem, (licet ea prima eſſe ſoleat plerumque) quæ fluit ab animi ſenſuumque erga perſonam affectu: Melior foret ratio a circumſtantiis temporis, familiæ, territorii & ſimilium, ut fortaſſis locus eſſe poſſit monito Ducis Megapolitani *Adolphi Friderici* ad filios in teſtamento Anno 1654. Würde es aber unſern jüngern Söhnen, an ſolcher Gelegenheit ſich zu vermählen ermangeln (i. e. mit Erlangung anſehnlicher Mit-Gifft oder Land und Leute) wollen wir lieber, daß ſie mit einer ehrlichen züchtigen Jungfer Privat-Standts in eine ſolche Chriſtliche Ehe, welche man nennet matrimonium ad Morganaticam ſich begeben ſollen. Hoc enim monitum pii parentis anticipaſſe videtur ſpem certam Stemmatis per primogenitum propagandi. Memorabile admodum exemplum, & perquam laudabile fuit *Rudolfi Auguſti Ducis Brunſuic. Luneb.* prudentiſſimi, qui defuncta abſque prole maſcula uxore prima, cum ex fratribus ſereniſſimis vividam progeniem natam eſſe cerneret, horum & totius familiæ intuitu, ſecundi ſui thori ſociam aſſumſit *Roſinam Eliſabetham Menthiam*, virtutibus conſpicuam, ſed dignitatis non participem, vid. *Pfeffing. Hiſtor. Brunſ. Luneb. Lib. IV. cap. 15.* 39

Quandoque ad præferendum matrimonium impar æquali, primariæ dignitatis Viri ducuntur ratione hac primaria, quod exiſtiment, conjugem conditionis inferioris facilius leges accepturam, quam etiam oporteret eſſe contentam, qualicunque modo ipſi maritus proſpectum eſſe voluerit. Cum uxoris, quæ eſſet dignitate par, longe aliæ rationes eſſent futuræ. In contrarium vero dici poteſt: matrimonia illuſtrium perſonarum etiam familiæ gratia contrahi, moresque Germanorum Principum a moribus gentium orientis & Sarmaticarum Regionum multum abeſſe: Plura etiam dari exempla felicis ſucceſſus ex matrimonio æquali, quam fuere ex conjugio impari, cum, ſi vel maxime inter ipſos Conjuges (quod raro contingit) amor Conjugalis ſit perpetuus, liberi tamen difficultatibus graviſſimis per rationes familiæ implicari poſſint, ipſa quoque uxor, defuncto marito ſuperſtes, effugere vix poſſit contemtionem. 40 41

Denique obſervandum eſt, quod interdum indulgentia nimia Principis mariti erga conjugem dignitate parem, cauſa fuerit, ut hæc in ſumtibus modum tenere neſciverit. Principiis qui obſiſtit prudenter & conſtanter, talia non experietur. Quodſi etiam parentes agnative, ex quorum Domo petitur filia Princeps, vel eorum Conſiliarii, ut ſponſæ quam optime proſpiciant, conditiones graviores quam ſunt in ſponſi facultatibus, præſcribunt, hujusque facilitate abutantur, non poteſt non ſequi matrimonium infelix, & diſſoluto eo, litigiorum materia. Horum tamen errorum exemplis a conjugio 42

æquali non abſterrentur Principes, quibus curæ eſt gloria maiorum & dignitatis conſervatio etiam in poſteris.

§. XII.

1 Pari ratione, collationem dignitatis novam a ſuperiore impetrandam fore, ſi nobilis plebejam ſibi jungat matrimonio, ut hæc cum marito fiat dignitate æqualis. Nulla enim ejus fuit antea dignitas civilis. Matrimonium eſſe modum eam adquirendi, noſtris moribus non pro-
2 batur. (a) Plebejam intelligo, quæ parentibus ad dignitates Reipublicæ ſpectatas evectis nata non fuit. Nam quibus officium contigit publicum eximium, eos in plebejorum ordine conditioneque non habendos : Omnis enim nobilitatis originem eſſe ab Officiis Reipublicæ inſignioribus, ſupra anticipavimus, & probatum dedit ſolidis rationibus
3 Coccejus. (b) Neque liberis paternos honores invidere oportet, eosque ad plebejum ordinem referre *L. 1. & 11. de dignitat. L. 10. ff. de Senator.*

4 (a) Abit in hoc articulo Mos Germaniæ a Legibus Romanis. Hoc jure etiam ex plebe fœminæ marito clariſſimo nuptæ, clariſſimæ nomen adipiſcebantur. *L. 10. C. de Nupt. L. 8. π. de Senator. L. 13. C. de dignit.* Haſce leges in Germania ſi dicas eſſe receptas, rationem peterem, cur Principis filia, Comiti nupta, parentis retineat dignitatem? Eſt enim hoc dictis *LL. & Nov. XXII. cap. 36.* plane adverſum. Certe *Leg. 1. C. de dignitatibus*, qua gloriatur adeo *Myler Gamol. c. 5. §. 27.* id minime probatur. SI, VT PROPONITIS, ait Imperator, ET AVVM CONSVLAREM, ET PATREM PRAETORIVM VIRVM HABVISTIS, h. e. clariſſimos, nam etſi Senatores ſpeciali Clariſſimatus nomine inſigniti, generali tamen appellatione & Prætoribus tributum, *L. 1. pr. de tut. & Cur. illuſtr.* ET NON PRIVATÆ CONDITIONIS HOMINIBVS, SED ex ſpectabilium vel illuſtrium ordine, quos generali etiam Clariſſimorum appellatione comprehenſos fuiſſe probat *Cujac. ad L. 1. C. de Tut. & Cur.*
5 *illuſtr.* CLARISSIMIS NVPSERITIS, CLARITATEM GENERIS RETINETIS, nihil magis noſtram ſententiam quam hic textus confirmat. Si hæc diſplicet interpretatio, rogo, quænam ſit dubitandi ratio, quod reſcripſerit Imperator, fœminam clariſſimo genere natam, clariſſimo nuptam, claritatem generis retinere? Qui de more Germaniæ recepto dubitaverit, is ad Aulas eſt ablegandus & animadvertet nullibi plebejas fœminas, nobilibus nuptas. Ex ſolo matrimonio contracto in nobilium fœminarum haberi numero, loco, exiſtimationeo, oſtare videtur textus *Jur. Sax. Prov. Lib. 3. A. 45.* **Das Weib iſt ihres Mannes Genößin in aller Ehren und**
6 **Würden die der Mann hat, zu hand als ſie in ſein Bette tritt.** *& L. 1. art. 45.* **Ob wohl ein Mann ſeinem Weib nicht ebenbürtig wer, iſt er doch ihr Vormund, und ſie ſein Genößin, und tritt in ſein Recht wenn ſie in ſein Bette tritt.** Si contextum conferamus, apparebit, utrumque locum non tam de dignitatis augmento, quam de delictis agere, ut quoad Wergeldum & emendam die Buſſe, marito uxor exæquetur. Id quod etiam ex verbis ſequentibus colligitur, **nach des Mannes Todt iſt ſie ledig von allen ſeinen Rechten und Ehren, denn ſie behält wieder ihren Standt und Recht, daß ſie angebohren was, ehe ſie den Mann nahm.** Hoc autem moribus Germaniæ non obſervari quoad dignitatem, jam oſtenſum : ſed nec Romano juri id erat conſentaneum *L. 22. §. 1. π. ad Municipal. L. fœmina inf. de Senator.*

7 (b) *De poteſt. Stat. Imp. circa dignit. Cap. I. §. 16. 22. & Cap. II. §. 19. ſeqq.* In Republica Romana ad ordinem Senatorium pervenire poterat etiam non nobilis, quo ipſo nobilitatem acquirebat. Hoc ſenſu verum eſt, inter Romanos Senatores fuiſſe etiam non nobiles, ſcilicet nobilitate antiqua. Porro, quod dicitur, dignitatem & nobilitatem in Urbe fuiſſe qualitates diſtinctas, verum eſt, ſi intelligatur de nobilibus
8 qui conditione ſua contenti, extra dignitatem officii vivebant. Ceterum, quod apud Romanos officio ſenatorio conjunctus fuerit ſtatus nobilitatis civilis, nullum puto eſſe dubium. Patrios mores ſi inſpiciamus, veriſſima eſt propoſitio, quod per officium

officium publicum eximium, ab ordine plebejorum, qui antea in eo fuit, eximatur. Non tamen sequitur, quod simul cum officia adipiscatur nobilitatem civilem & hæreditariam: Est enim inter ordinem nobilium & plebejorum, moribus nostris, status 9
aliquis medius, per quem ad altiorem pervenire licet, ita ut nobilitas tribuatur non solius personæ consideratione, sed etiam virtutum. Non ergo deprimenda erat Nobilitas acquisita, & novi nobiles plebejis accensendi, quod voluisse videtur auctor *Disp. de Equit. Saxon.* §. 5. Origo enim prima nobilitatis non est a sanguine, neque, ut nobilitas sequatur dignitatem officii, est indignum. Si non fieret, indignum foret. Non sequitur, distingui die von Adel, Räthe, und Krieges-Officier, ergo hos esse plebejos. Quam male distinctio inter nobiles & plebejos ad dignitates in Republica referatur, ostendit *dict. loc. Cocceius.* In Sueciæ Regno officium, eines Reichs-Rath ante annum 1680. dignitatem Comitis ipso jure conferebat, vide *J. P. de Ludwig* von Verbeßrung des Lehn-Rechts *pag.* 27. Posteaquam vero Regi Carolo XI. 10
omnis potestas Regni delata fuit, dicebantur Consiliarii Regii, & dependebat Dignitas Comitis a voluntate Regia. Hodie, mutato iterum statu, num pristina conditio der Reichs-Räthe fuerit reducta, nondum mihi constitit. Utinam vero nobilitati generis semper esset conjuncta virtus, sed cum multi de antiquitate generis sola glorientur, hi, dum alios contemnunt, se ipsos contemtui exponunt.

§. XIII.

Qui æqualitatem inter conjuges a natura matrimonii esse dicunt, 1
participes fieri uxores dignitatis maritorum, sine discrimine graduum, affirmant. (*a*) Ego a lege Civili, non a natura connubiorum collationem dignitatis esse, contendo. Ad intensivam existimationem referen- 2
das esse dignitates, nemo est qui non videat. Sed hæc vel virtutis est, sive præstantiæ legibus attemperatæ, quam ABSOLVTAM (*b*) non incommode vocare possis, ex qua prærogativa civilis non nascitur: Vel legis & HYPOTHETICA, quæ sola inter homines æqualitatis & inæqualitatis est fundamentum. Dicis igitur, fœminas a se dignitatem habere 3
nullam: Responderem, si de absoluta existimatione sit sermo, virtutis præstantia haut raro viros a fœminis superari: si de hypothetica, neque viros a se ullam habere dignitatem, sed a lege Civili. Deinde quod matrimonii natura æqualitatem respuat, id quam sit dubium, ex prudentum juris naturalis traditis liquet. (*c*) Lege itaque Civili, non vi 4
matrimonii, uxor Principis Princeps appellabitur. (*d*) Legem desideras? Est illa, quæ gradus nobilitatis antiquitus in Germania distinxit. Hæc si non esset, desiderarem vicissim rationem, cur Princeps aut Comes nobilem inferioris gradus ducens, eam sua non participet dignitate? Quod, ut dixi, experientia comprobatur.

(*a*) *Myler. Gamol. c. 5. §. 12. Strauch. tit. 32. §. 3.* Exempla a Mylero cumulata aliud non efficiunt, quam fuisse talia matrimonia legitima.

(*b*) *Titius ad Pufend. de Off. hom. & Civ. Obs. 666.*

(*c*) *Thomas. Jurispr. div. L. 3. c. 2. §. 110. seqq. Huber. de Jur. Civit. L. 2. Sect. 1. cap. 3.* 5
n. 25. Naturæ matrimonii si contraria esset inæqualitas, lege civili introduci non potuisset. Atque id factum fuisse, Romanæ aliæque leges, quæ maritis insignem tribuunt juris prærogativam, testantur.

(*d*) Neque etiam inter Electores & Principes ulla hic observatur differentia. Nam quæ 6
a Jure eligendi tribuitur certis Principibus prærogativa, non est nova dignitatis collatio, sed accessoria dignitatis Principalis qualitas, etiam in titulis distingui solita. Ita Prin-

teps Electori ſcribit: Durchleuchtigſter Fürſt; Elector Principi in poſitivo: Durchlauchtiger. Et ita ceteri honoris & amicitiæ termini poſitivo & ſuperlativo differunt. In inſcriptione Princeps ſcribit: Dem Durchlauchtigſten Fürſten, Herrn N. N. tot. tit. & in fine: Unſerm freundlich-vielgeliebten und hochgeehrten Herrn Vetter. Elector Principi: Dem Durchlauchtigen Fürſten, Unſerm freundlich lieben Vetter, Herrn N. tot. tit. Idem plane obſervatur ergo uxores, niſi quod obſervatum aliquando ſit, ſcribere uxorem Principis ſuum titulum: Von GOttes Gnaden N. gebohrne aus dem Chur-Fürſten-Stamm der N. Vermählte Hertzogin zu S. quod tamen ei non redditum, ſed ſimpliciter ſcriptum: Der Durchlauchtigen Fürſtin, Frau N. Hertzogin zu N. gebohrner N. N.

§. XIV.

1 Eadem plane eſt ratio, quod fœmina Princeps Comiti juncta, dignitatem, quam a nativitate habet, non amittat, (a) perdat eandem, ſi nubat inferiori. (b) Nobilis etiam plebejo nupta, nobilitatis faciat jacturam. Quod autem de Imperatore aut Rege adfertur exemplum, incongrue huc applicatur. Fons omnis dignitatis eſt in Imperio Cæſar, Rex
2 in ſuo quilibet regno. Adſciſcens in Matrimonium uxorem, cum parem invenire vix poſſit, eam Auguſtam vel Reginam pactis dotalibus renuntiat. (c) Non æque Regina Maritum ſemper faciet Regem. (d) Eſt enim hoc non dignitatis modo vocabulum, ſed adminiſtrationem Reipublicæ habet conjunctam, quæ ſi fœmina legibus ſit delata, alii ab ea conferri nequit, quod ubi tentatum, graviorum motuum extitit cauſa.

3 (a) Hic nemo eſt, qui non conſentiat. *v. Myler. t. 5. §. 24. ſeqq. Strauch. diſſ. loc. §. 4.* titulorum ordo ſequenti modo ſeſe habet: Der Durchlauchtigen Fürſtin Fr. N. Hertzogin zu S. Vermählter Gräfin zu N. cum tamen & Principes Comitatuum titulus gerant, inſeritur titulus Comitatus mariti, ſtatim poſt titulos Principatuum. Illud hic obſervatu non indignum, a dignitatis æqualitate ad prærogativam loci conſequentiam non admitti, ſicut nec a præcedentia ad inæqualitatem dignitatis argumentum valebit. Ita cum Principis Uxor alterius Principis uxori domi ſuæ loco cedit, filiabus non maritatis eundem honorem non exhibet. Filiabus itaque Principum Comitibus nuptis, loco non ceſſiſſe Principes uxores vel viduas, obſervatum. Alibi id factum amicitiæ gratia, non ex debito. Quandoquidem vero in Archivis exemplum legamus *Catharinæ Brunſuicenſis*, quæ primo matrimonio *Joh. Erneſto Duci Br. Lün.* juncta, altero, Philippo *Schwarzburgio* Comiti nupſerat, propterea a *Wilhelmo Duce Saxoniæ* principalem dignitatem amiſiſſe credita fuerit, ipſa etiam erga Wilhelmum compellatione Eu. Lbd. uſa non ſit, ſed Eur Gn. hoc tamen exemplum regulæ non officit, nam rationes *Wilhelmi* peculiares haud dubie, ratione *Schwarzburgicæ* domus, feudali nexu *Saxoniæ* ducibus junctæ, fuere, neque ab aliis ſimili ratione *Catharinæ* fuit habita. Ipſa ſe ſcripſit Hertzogin zu Braunſchweig, & a conſanguineis aliisque idem titulus ei tributus. Ex compellatione Euer Gn. nihil infertur, qua etiam inter ſeſe Principes, ubicunque vel ætatis vel alius eſt reſpectus, utuntur, ſed non Euer Fürſtl. Gn.

4 (b) Fœminas ex familiis Principum, Comitum, Baronum, Nobilium etiam, ſtatus ſui deminutionem pati, exiſtimo, ſi conjunctæ fuerint matrimonio viris conditionis & gradus inferioris, multo magis iis, quorum nulla eſt dignitas civilis; vid. *Mylerum Gamolog. cap. 5. §. 24. Coccej. de lege Morganatica Sect. 3. §. 13.* Noviſſime ſententiam hanc pluribus confirmavit *H. Gundlingius Diſſ. an nobilitet venter cap. III. §. 9. 13. 46.* Quis autem impediet tales nuptias, ſi ita voluerit fœmina ſui juris? Ad humilitatis virtutem non puto referenda eſſe iſtiusmodi matrimonia, ſed ad animi infirmitatem. Virtus enim illa cum dignitate civili conſiſtere poteſt optime. Si tamen prudentes ſint fœminæ, a dignitate priſtina abſtinent, cum ſcire poſſint & debeant, quod

quod ab aliis, cumprimis qui ſunt de familia, ex qua emplit, vel hisce paribus, non amplius in ſtatu & dignitate priore conſiderentur.

(c) Hic de Auguſta eſſet dicendi locus, ſed ne actum a Juris publici ſyſtematum ſcriptoribus agam, *Limnæo*, *Vitriario*, *Hornio*, *Struuchio lib. 1. tit. 33. Schiltero lib. 1. tit. 16.* ex *Limnæi J. P. Addit. ad L. 2. c. 24. Tom. 2.* tantum excerpemus Decretum de præcedentia inter Auguſtæ Aulæ Magiſtram, die Ober-Hoffmeiſterin, & Principum Imperii Uxores filiasque latum anno 1653. Werden ſich anweſende Fürſten des Reichs nicht entgegen ſeyn laſſen, daß die Fr. Ober-Hoffmeiſterin in der Proceſſion zu und von der Kirchen alſo bald nach den anweſenden 4. Fürſtinnen in der Ordnung allein folge; dafern aber künfftig bewieſen würde, daß es anders wäre gehalten worden, ſo erklären ſich Ihro Käyſerliche Majeſtät allergnädigſt dahin, daß dieſer vorgegangene Actus ihnen nicht præjudicial ſeyn ſoll. Literas Principum, quibus etiam pro filiabus hanc prærogativam petierant, integrumque decretum exhibet dicto loco *Limnæus*. Quæſitum eſt ſæpius: An fœmina nobilis, die eine Chur- oder Fürſtl. Ober-Hoffmeiſterin iſt, Comitum uxores vel viduas antecedat? Si ad conſuetudinem aularum, ex qua quæſtiones iſtiusmodi decidi ſolent, reſpicimus, multorum momenti habuiſſe obſervavi diſtinctionem, unter denen Gräfinnen eines immediaten regierenden alten Gräflichen Hauſes, und denen andern; Dieſen weichen die Ober-Hoffmeiſterin nicht; Jenen iſt der Rang nicht verſagt worden. Et, ſi aulæ legibus aliter ſtatutum eſſet, vitaturas eſſe Comitum uxores congreſſum non eſt dubium, ut utrinque illibata maneat negationis poſſeſſio. 5 6

(d) Exemplum noviſſimum eſt in Regno Magnæ Britanniæ; Princeps Regius Daniæ maritus erat Reginæ, ſed non Rex. Cum tamen ejusdem Sororis Mariæ maritus Wilhelmus Arauſionenſis in regiam dignitatem eſſet receptus. Conf. de *Eliſabetha Angliæ Regina*, quæ habet Camdenus Anno 1571. *Beemann. Not. dignit. Diſſ. 5. C. 3.* 7

§. XV.

De dignitate uxoris in matrimonio, quod ad Morganaticam (a) dicitur, judicium erit haut difficile, ſi obſervemus eſſe matrimonium verum atque legitimum, ſolennitate tantum a modo ordinario contrahendi diſtinctum, & pacto, quo non tam ſub conditione inæqualitatis uxor adſciſcitur, quam liberi ad maternam conditionem rediguntur. (b) An ergo Principi, qui ſummus non eſt, nomen aliquod dignitatis uxori ita adſcitæ conferre licebit? Negandum putamus, niſi Juri Imperatoris reſervato manum inferre audeat. Nam quod a Præfectura quadam appellatio tribuatur, vel ſi uxor *Rudolphi Auguſti Ducis Br. L. Madame Rudolphine* dicta fuit, hoc dignitatem majorem, quam quod thori Principis ſit ſocia, adferre non poteſt. 1

(a) *Coccejus de lege Morganatica Cap. 1.* Ad eundem modum dicitur eine Hoff-Sprache conventio vel declaratio jurium Domini & Colonorum, ut ſit idem quod ein Weiſthum, vid. *Obſervationem noſtram Forenſ. CLV. pag. 272.* in Urbe Bremenſi Senatorum aliqui, præfecti Collegiis Civium, dicuntur Morgen-Sprachs-Herrn, quorum auctoritate collegia conveniunt & quid utile ſit concludunt. Matrimonii ad Morganaticam requiſita exponit *Coccej. dict. loc. cap. 5.* ut maritus ſit Illuſtris, (nobilibus enim pactum ejusmodi non permiſſum) ut uxor ſit inferior: Ut accedat pactum ſpeciale, alias enim conjugium fore æquale: tandem, ut probabilis ſit contrahendi cauſa. Vim & firmitatem habere has nuptias ex lege vel conſuetudine Longobardorum & Francorum. Vidimus tamen nos exempla, unum alterumque, virorum nobilitate generis conſpicuorum, qui fœminam plebejam thori ſociam ſibi adſciverunt, hac lege: daß ſie ſich als ſeine Frau halten: des Tages über ſeine Haußhälterin ſeyn: nach ſeinem Nahmen ſich nicht nennen: die Kinder auch den Nahmen, nicht 2 3

des Vaters, ſondern der Mutter führen ſolten, unter welchem Beding nach des Juncfern Tode, die Frau ſammt ihren Kindern, ein ziemlich Capital, oder ſtück Guth haben ſolte. Et talia pacta a principibus Territorii Dominis, procul dubio favore liberorum matrimonii antecedentis, confirmata fuiſſe.

4 (b) *Coccej. dict. tr. Sect. 5. n. 4.* Fit enim tale conjugium non tam uxoris, quam liberorum intuitu, ut hi a ſucceſſione paterna excludantur, certa eis aſſignata pro alimentis portione. Etiamſi vero Facultas Jur. Lipſienſis & Jenenſis apud *Richter decif. 132.* reſponderit, filio ex tali matrimonio nato pactum non obſtare, quo minus dignitatis parentis atque ſucceſſionis fiat particeps, ſi vel maxime Imperatoria acceſſerit confirmatio; Non tamen video, cur ſanguinis Jura, quæ Romanis LL. quidem immutabilia eſſe dicuntur, more & conſuetudine in Germania recepto, mutari queant. Mores autem exemplis haud dubie probantur, quorum complura ap. *Myler. Gamol. cap. VI.* invenies. Et cum filius dignitatem non habeat a ſeipſo, ſed a patre, beneficio non legis ſed parentis, nihil eſt quod impediat parentem, pacto ſibi ipſi facultatem transferendi in filium nondum exiſtentem ſanguinis Jura adimere: deinde ſi id fiat, ut plerumque ſolet, agnatorum gratia, his exinde Jus erit quæſitum.

§. XVI.

1 Fœmina ab illuſtribus natalibus orta, an dignitatem aliquam conferat marito inæqualis conditionis? Non ſcio affirmaſſe quenquam. Poterit quidem maritus nobilitatem virtutis, ſi ea pollet, neque uxori deeſt, quod tamen in propoſito caſu rariſſimum, matrimonio tali extollere: ſed ut uxor in eum transferat dignitatem, tanto minus eſt dicendum, quanto certius eſſe puto, quod ipſa uxor ſuæ ipſius dignitatis per matrimonium impar faciat deminutionem, ſupra §. XIV. Et ex eadem ratione non poteſt non concludi, quod nihil dignitatis fœmina talis adferat li-
2 beris ex ſe natis, ſed hi ſequantur ſtatum & conditionem ſui patris. Ego in omni Germania nullum ſcio exemplum, quod matris, non patris dignitatem civilem conditionemque ex ventre materno nacti ſint liberi. Contraria vero multa. Filii Comitis ex Uxore Principe nati, Comites ſalutantur, non Principes; Nobiles a Patre nobili. Non auſi ſunt neque audebunt filii a Viro non nobili ex Uxore, cujuscunque fuerit illuſtris proſapiæ, matris originem adſcribere ſibi, vel inſignibus uti familiæ ma-
3 ternæ. Sunt in vivis hujusmodi perſonæ multæ, quarum conditio ex Actis Judiciariis conſtitit. De liberis, quos ex conjunctione illegitima mater eſt enixa, agere meum non eſt inſtitutum. (a)

(a) Novi tamen exemplum filiæ naturalis a patre & matre ex Comitum Imperii familiis antiquis ſuſceptæ, abque promiſſione matrimonii, quæ legitimationem natalium & nobilitatem ſimplicem precibus propriis diplomate Comitis Palatini majoris Ordinis impetravit, & alimentorum cauſa in Camera Imp. litem inſtituit, nunquam vero vel patris vel matris affectavit dignitatem neque pro tali habetur a cognatis paternis maternisque.

§. XVII.

1 Marito Imperium in uxorem lege divina competere, communis eſt ſententia. (a) Si ergo lege divina, quis dubitet, dominaturum fore etiam Principem uxori Principi, Comitem Comiti, perinde ut plebejum plebejæ? In Rege, cujus eſt in Republica τὸ κύριον, non jus tantum maritale, verum & Jurisdictio ſumma eſt conſideranda, quam cum Imperio matri-

matrimoniali confundere non licet. Imperii iſtius maritalis, ex jure divino deducti, termini ſi rite conſtituantur, nullam video abſurditatem, ſi ei illuſtres fœminæ, matrimonio junctæ, confiteantur ſe ſubjectas. (*b*) 2
Nam quæ præter jus corporis, atque earum rerum, quæ ad familiam pertinent, regimen, maritalis Juris eſſe dicuntur, ex cujuscumque civitatis Jure potius erunt æſtimanda. (*c*) Quemadmodum autem privatorum Jura omnia Civili ſubjacent Imperio, ita non obſcura eſt ratio, cur Mariti Mariæ Stuartæ, Scotiæ Reginæ, Henrici Darlæi, auctoritas (unico hoc exemplo omnium loco utar) (*d*) per imperium uxoris Civile fuerit infracta.

(*a*) A *Pufend. J. N. L. 6. c. 1. §. 11. & Dn. Thomaſ. in Jurispr. divin. l. 3. cap. 3. §. 35.* 3
ſeqq. junctis lib. 3. c. 2. §. 105. demonſtrata, qui tamen poſtea *in Fundam. Jur. Nat. & Gent.* legem poſitivam eſſe negat, ſed regulam decori Juris naturæ. Nobis priora nondum diſplicent, neque ſufficiens adhuc videtur adeſſe ratio legam divinam poſitivam deſtruendi. Sive enim ex rationis dictamine, vel ut *Jan. Vincent. Gravina de Origine Jur. Rom. lib. 3. cap. 3.* ex dominio naturali ſapientis imperium materiale derives, imbecille omnino erit futurum, niſi legis poſitivæ accedat adjumentum. Gravinam notavit in hoc & pluribus articulis, in *Conſiderationibus Lynckerus.*

(*b*) Quæſitum memini, num Princeps *αὐτονομίᾳ* in territorio gaudens, matrimonium 4
contrahens, poſtulare jure queat, ut miniſter ſacrorum benedicturus conjugio, verba de conditionibus duris matrimonii ex Geneſi prælegi ſolita, ommitteret? Reſponſum: Totum benedictionis actum eſſe a lege civili eccleſiaſtica. Cuilibet actui ſacro certa adhiberi verba, in quibus actus conſiſtat eſſentia, illum textum autem huc non eſſe referendum, nec ubique locorum prælectionem ejus eſſe uſitatam. vid. *Huber. de Jur. Civit. L. 2. Sect. 1, cap. 3. n. 19.* Rite ergo obiturum officium ſacrum Sacerdotem, ſi omitteret iſtas actus amplificationes ex mandato Principis. Hunc tamen melius laudabiliusque facturum, ſi novitate ea abſtinuerit. vid. *Thomaſ. in not. in Huber. de Jur. Civitat. Lib. 1. Sect. 5. cap. 3. lit. c.* Minus difficilis circa ſolennitates erat Henri- 5
cus IV. Galliæ Rex, cum Catharinam Sororem, Ducis Lotharingiæ Caroli II. filio deſponſaret, de quo *Perefixe dans l' hiſtoire du Roy Henry le grand pag. m. 290. Catharine étoit agée de quarante ans plus agreable que belle, ayant une jambe un peu courte étoit aſſez ſpirituelle, aimoit les belles lettres & ſavoit beaucoup pour une femme, mais étoit opiniatrement Huguenotte. Le Roy aprehendit qu' elle n' epouſât quelque Prince proteſtant, lequel parce moyen fuſt devenu Protecteur des Huguenots, & comme un autre Roy en France. A Cauſe de cela il la donna au Duc de Bar, penſant d' ailleurs gagner plus de creance parmi les Catholiques en s' alliant avec la Maiſon de Lorraine: Avant cela il fit tout ſon poſſibile pour la convertir, jusques à y employer les menaces, & n' ayant pu venir à bout, il dit un jour au Duc de Bar, Mon Frere c' eſt à vous à la dompter. Il y eut de la difficulté pour le lieu & pour la ceremonie de la celebration de ce mariage. Le Duc vouloit qu' il ſe fiſt à l' Egliſe, & la Fiancée qu' il ſe fit au Preche. Le Roy trouva un milieu. Il le fit faire dans ſon Cabinet, ou il amena ſa ſœur par la main, & ordonna à ſon Frere naturel, qui étoit Archevesque de Rouën il y avoit environ deux ans, de les marier. Ce nouvel Archevesque en fit commencement quelques refus, alleguant les Canons qui le defendoient, mais le Roy luy repreſenta, que ſon cabinet etoit un lieu ſacré, & que ſa preſence ſuppleoit au defaut de toutes ſolemnitez: Apres quoy le pauvre Archevesque n' eut pas la force de reſiſter.*

(*c*) Jus in bona uxoris ex naturali lege marito non competit, *Thomaſ. Jurispr. div. l. 3. c. 2.* 6
§. *114.* neque ex Poſitiva divina, quæ oſtendi non poteſt. Ergo ex civili, vel conventione eſt deducendum. Idem *Thomaſ. Fund. Jur. Nat. L. 3. cap. 2. §. 16.* Nos de his, quod ad illuſtres perſonas pertinet, *Sect. 2.* ubi de jure circa res agetur, dicemus.

(*d*) Exem-

7 (*d*) Exemplum hoc ne videatur minus adæquatum, eo quod Henricus Darlæus fuerit Rex Scotorum, adeoque Imperio Reginæ non ſubjectus. Ex *Dictionario Hiſtorico Buddei* de Maria Stuarta notamus ſequentia: Fuiſſe Henricum Comitem a Regina invitis atque frementibus Scotis Regio titulo inſignitum, unde & cauſa belli inteſtini exorta. Si ergo a regio titulo abſtinuiſſet, nullos motus extituros fuiſſe, vero eſt ſimile. Jus enim creandi Regem non erat in poteſtate Reginæ, quemad-
8 modum regi eſt liberum declarandi uxorem Reginam. Ergo titulo tantum Rex ſalutabatur, auctoritate penes Reginam manente. Ablegabatur huc illuc, prout uxori videbatur. Nomen ſuum nomini mariti anteponebat Regina, hæc decreta faciebat, ille nomen ſuum ſigillumque addebat. In eorum numero, quibus obſequii gloria erat relicta, habebatur, nequicquam contradicere auſus, pactis etiam matrimonialibus a Jure Regio prohibitus, *v. Thuan. L. 37. ann. 1558.* juſtam ſaltem vindictam, ubi fidei violatæ ſuſpecta erat conjux, erga Rizium exercens. Imperio ergo jure utebatur Regina in maritum. (*Dn. Hert. de Tutela Regia Sect. 2. §. 5.*)
9 Quod cum ad necem usque extendiſſet, convicta enim fuit perpetratæ per Bodwellum cædis, quod etſi neget Camdenus, ex Mervilii Secretarii Reginæ Memoriis tamen vera narraſſe Buchananum apparet, hiſtoricum alioqui credulum, inconſtantem, vindictæ cupidum. Vid. *Thomaſ. Diſſ. de fide Juridic. cap. 2. §. 47. 66.* Camdenum autem, ut veritatem ſcripto traderet, fuiſſe prohibitum. *Buddeus in Lexic. voce Mariæ Stuartæ in fine.*) juſtam DEI vindictam, capite in Anglia plexa incurrit, famæ etiam detrimentum paſſa quoad memoria ejus eſt duratura.

§. XVIII.

1 Viduas maritorum defunctorum dignitati frui, domiciliumque forumque ex mariti perſona ſortiri uxorem, ſupra dictum. (*a*) Eodem Jure utuntur Principes fœminæ. Gaudet illuſtris maritus privilegio Auſtregarum, ſive ſint ex lege Imperii, ſive ex pacto: ejusdem privilegii participem reddet uxorem. (*b*)

2 (*a*) Nolden de ſtatu *Nobil. diſt. cap. 6. §. 4. Carpz. diſt. tr. decad. 1. poſit. 5.* De vidua illuſtri in ſpecie *Myler. Gamolog. c. 9. §. 1.* in quo tamen notandum: Majeſtatis titulum uſu moderno etiam Auguſtæ Germaniæ, & Reginæ viduæ dari, quicquid etiam Galliæ mores ferant. Ita in Gallia non fuit permiſſum, ut vidua *Joh. Caſimiri* R. Poloniæ titulo Reginæ uteretur, quo nec vivo marito uti poterat, de qua excerptum *des Letres Hiſtoriques de Madame de C.* non erit injucundum: *Lettre XIX. La Mareſchalle de l' Hôpital eſt fille d' une Lingére de Grenoble, le Secretaire d' un vieux Conſeiller de ce Parlement là en devint amoureux, & apres une longue recherche, ce Secretaire ſe determina à l' epouſer: mais il arriva un accident, qui fit rompre l' affaire & c' eſt la plus plaiſante choſe du monde, que le ſujet de cette rupture. Les Amans etoient accordez, on n' etoit occupé que des rejouiſſances de la Nôce, qui devoit ſe faire le lendemain, lors qu' en danſant la fiancée eut le malheur de lacher un de ces ſoûpirs, qui choquent le nez & l' oreille. Son futur epoux en rougit pour elle & en eut tant de confuſion, qu' il ne voulut point achever ſon Mariage. Il falloit que ſon ardeur ne fût pas bien forte, puis qu' un ſi foible vent put l' eteindre. Quoi qu' il en ſoit, comme la choſe etoit riſible, on en rit beaucoup dans la ville: & le vieux Conſeiller eut la curioſité de voir cette Amante delaiſſée, il la vit & la trouva fort à ſongré: blama la folie de ſon Secretaire & en fit une bien plus grande: car il epouſa lui même cette petite Griſette, qui dés qu' elle ſe vit Madame la Conſeillére, prit des manieres convenables à ſon rang, & travailla à acquerir à force de ſoins, ce que ſa naiſſance & l' education de ſes parens n' avoit pû lui donner. Elle eut toutes ſortes de Maîtres, aprit toutes les ſciences, & employa à ſe former l' eſprit tout le tems qu' elle fut auprés de ce vieux Mari. Comme elle avoit ſçu le bien ménager, il lui donna en mourant tout ſon bien qui etoit fort conſiderable. Dès quelle ſe vit haute & puiſſante Dame, elle ne voulut plus reſter dans un Pays, où ſon origine étoit connuë; elle vint à Paris avec pluſieurs centaines de mille Livres, & le nom de veuve à un Conſeiller*

ſeiller au Parlement. Comme elle étoit fort bien faite de corps & d' eſprit, & qu' elle avoit de quoi faire une belle dépence elle trouva bientôt le Secret de ſe faire remarquer. On ne parloit ici que de cette charmante Veuve, & le Maréchal de l' Hopital, dont les affaires étoient fort déconſuës, crut qu' il pourroit les raccommoder en l' epouſant, ſe mit ſur les rangs, & le rang qu' il tenoit lui même, obligea la Dame à le preferer à tous les autres Prétendans. Le Marechal de l' Hopital au lieu de racommoder ſes affaires gâta celles de ſa femme, & mourut après lui avoir mangé tout ſon bien. Il eſt vrai que l' honneur d' être Veuve d' un Marechal de France la dedommageoit un peu de la perte de ſon bien, elle avoit encor le ſecours de ſes attraits pour en acquerir, & ils lui valurent la conquete de Caſimir Roi de Pologne *qui après avoir abdiqué la Couronne vint, comme vous ſavez ſans doute, ſe retirer ici, ou le Roi lui donna l' Abaye de Saint Germain des Prez. Ce Roi dépouillé, charmé des agrémens de la Mareſchalle, ſe donna à elle; & quoiqu' il ſe fut fait d' Egliſe, comme il n' eſt point de Loi dont les Souverains ne pretendent pouvoir ſe diſpenſer, il l' epouſa ſecretement, mais non pas aſſez ſecretement, pour que la Dame n' ait pû le faire ſçavoir, il lui a même fait tout le bien, qu' il a pû en mourant. Elle n' eſt pourtant pas ſi riche qu' elle l' étoit après la mort de ſon vieux Conſeiller: Mais auſſi elle eſt Veuve d' un Roi, & c' eſt monter bien haut pour ſortir d' un endroit ſi bas. Je ne ſçai, ſi ce que je vous dis là ſe trouvera conforme à ce qu' on vous en a conté à Toulouſe: C' eſt pourtant ici la veritable Hiſtoire de Marechalle de l' Hopital. J' etois chez Mdem. d' Alleriac avec elle, & je remarquai, qu' en parlant du Roi Caſimir elle dit toûjours le Roi Monſeigneur, pour faire voir par là qu' il étoit ſon Epoux. Elle eſt bien aiſe que perſonne ne l' ignore: mais il ne lui eſt pas permis, de prendre la qualité de Reine qu' elle ne pourroit pas non plus ſoutenir.*

(b) *Myler. dict. c. 9. §. 3.* ubi quod privilegio fori ex *L. un. C. quando Imperator inter pupill.* uti ſi velint, poſſint. Sed cum primæ inſtantiæ jus favori Principum ſit tributum, inferiores etiam non parvo commodo ſibi id ducant, inde eſt, quod frequens non ſit inter illuſtres iſtius legis uſus, *conſer Gailium lib. 1. Obſ. 1. n. 40. ſeq.* Auſtregarum privilegium cum familiæ datum ſit, non uni ſexui. *Schilter. Jur. publ. l. 1. tit. 8. §. 7.* Uxores autem illuſtri familiæ adſcribantur, id circo eodem jure fruentur. 3

§. XIX.

Neque enim admittendum puto, quod nonnulli tradunt, Imperium Civile marito, qui ſummus in Republica non eſt, in uxorem competere. Quod enim Imperium in liberos parentibus negatur, multo magis negabitur in eam, quæ ſocia eſt, & ſui Juris, uxorem. Atqui exemtos eſſe liberos utriusque ſexus immediatorum Imperii Statuum a Parentis Jurisdictione, eodemque cum eo uti foro, probatum dedit in *Inſtitut. Juris publici Joh. Schilterus.* (a) De ſubalternis dum loquor Principibus, ſummus in Republica Monarchas Jurisdictionem in uxores jure exercere, nemo eſt qui non intelligat, atque exercuiſſe, vel unicum Henrici VIII. Angliæ Regis exemplum docet. (b) Qui tamen cum facilior fuerit ad repudiandas imo capite damnandas ex leviori etiam ſuſpicione uxores, mirum certe, fuiſſe adhuc, quæ complexus ejus non abhorruerint. 1 2 3

(a) *dict. 8. §. 7. Lib. 1.* Sunt equidem qui Superioritati territorii non minus uxorem liberosque quam ſubditos ſubjiciunt, *Rhetius, J. publ. L. 1. tit. 23. §. 10. Titius Jur. publ. L. 4. c. 9. §. 3.* Conf. *Dekherr* in Vindiciis ſive Caſtigationibus *Blumii Jur. Cam. Tit. 26. n. 42. tit. 23. n. 43. 180.* Sed ita ſequeretur, etiam Apanagiatos fratres vel agnatos Primogenito fore ſubjectos, quod nemo facile affirmaverit. Et Leges publicæ, uſusque repugnat: vid. *Ord. Camer. p. 2. tit. 2.* ipſe *Coccejus*, qui *Jurispr. publ.* 4

cap. 27. §. 15. primogenito Jurisdictionem in totam familiam adscribit, *Cap. 32. §. 34.*
5 Austregarum foro frui Apanagiatos non diffitetur. Ergo si eodem cum primogenito utuntur foro, si habent superiorem immediatum communem, non potest esse Jurisdictio Primogeniti, vel si de uxore est quæstio, Mariti. Accedit quod deficiat in uxore consensus, qui si subjicienda esset Jurisdictioni mariti, omnino desideraretur. Ex matrimonii autem natura id esse, quis adfirmaret? *v. supra* §. XVII. *lit.* (*a*) Et dignitati uxorum liberorumque omnino non convenit, eos subditis accenseri, vid. *Diss. Illustr. Comitis de Wurmbrand de foro Princip. Imp. pag. 57.*

6 (*b*) De Repudio Catharinæ vid. *Sleidanum Lib. 9. p. m. 238.* De supplicio Annæ Bolenæ *Chytræus Lib. 14. p. 373.* compendiose *Dictionar. Historicum Budd. in Henrico Octavo Angliæ Rege.*

§. XX.

1 Germanis Principibus dum Jurisdictionem in uxores negamus, neque in delictis eam locum habere ob rationem non diversam, existimamus. Ubi tamen id datum dignitati jurique maritorum, ut, permittente Imperatore, uxores fidei suspectas non tantum consortio excludere, sed
2 & custodia quadam in loco tuto coercere possint. (*a*) An & a vinculo matrimonii semetipsos dissolvere? Diversitas sacrorum diversas etiam in Imperio ea de re peperit sententias. Qui Rom. Ecclesiam sequuntur, id negant. (*b*) Qui protestantium sacris sunt addicti, Pontificios canones ea in re non agnoscunt. (*c*) Quis ergo erit Judex? Certe aut imperator, aut Principes ipsi. Exercuisse hoc jus Principes, vocatis in Consi-
3 lium Theologis suis atque JCtis, exempla testantur. (*d*) Sunt & alia, ubi Imperator causæ cognitionem sibi vindicavit. (*e*) Dissensum hac in quæstione Jure-Consultorum, scripta pro una alterave sententia edita loquuntur. (*f*) Nobis ita videtur: Cujusque illustris familiæ antiquum usum esse inspiciendum, quo sicut Imperator permissurum se vivere Imperii Status spopondit, ita, ubi cognitio causæ matrimonialis antiquo more domi fuit suscepta, eaque sine ulteriori provocatione decisa, eodem Juri familias illustres merito inhærere: Ubi vero Imperatorem (nam Camerale judicium matrimoniales causas ex antiqua lege non recipit (*g*)) de Protestantium matrimoniis per Commissarios, partium religionis ad-
4 dictos, cognovisse doceri posset, id si porro fiat, non existentibus domesticæ decisionis exemplis, atque Commissarius cognitioni insistat, conquerendi causam partes habituras non esse.

5 (*a*) Exemplum memorabile *Johann. Casimiri*, Ducis Saxoniæ, qui uxorem, filiam Augusti Electoris, Castello Coburgico inclusit, historia Saxonica præbet. Vid. *Annales Joh. Sebast. Müller ad An. 1593. pag. 212. seq.* Cujus narrationem pleniorem ex manu-
6 scriptis Hortlederi desumptam, in Appendice dabimus. Temperamentum Principis *Joh. Casimiri* exprimunt Monetæ in *W. E. Tenzelii Historici Saxonici Nummismatibus Saxonicis Linea Ernestina pag. 672.* recensitæ, quas inter ad nostrum facit casum illa, quæ altera facie *Johannis Casimiri* imaginem sistit, oscula secundæ Conjugi figentem, altera prioris repudiatæ uxoris, sub specie Monialis, cum inscriptione:

Wie küssen sich die zwvey so fein,
Wer küst mich armes Nunnelein?

(*b*) Prohibente Concilio Tridentino *Sess. 24. c. 7. de sacram. matrim.*

(*c*) Suffulci

(c) Suffolti non naturali tantum Jure *Pufend. J. N. Lib. 6. c. 1. §. 21.* Sed & divino, 7
Matth. 5. v. 32. cap. 19. v. 9. Cauſ. 32. qu. 7. can. 19. & 34. it. *32.* gentiumque moribus, *P. Rhodius rer. judicat. §. 1. 2. Carpz. Def. Conſiſtorial. 191.* Et quis non ferret indigne ratiocinium Innocentii III. Papæ, Pontifices Soli, Reges Principesque Lunæ comparantis, ut quanta inter Solis Lunæque lumen, tanta ſit inter hos dignitatis, auctoritatis, poteſtatis, tam in Secularibus quam in Spiritualibus (ita inepte Sacræ & profanæ res vocantur) differentia; *Cap. Solita. 6. X. de Majorit. & Obed.*

(d) Vid. *Mülleri Annales dicto l.* qui & aliud exemplum noviſſimum Vinarienſe recenſet *ad Ann. 1690. pag. 596.*

(e) Si ad cauſas civiles referuntur matrimoniales, Ex ſententia *Mevii p. 2. deciſ. 365. n. 16.* 8
17. inprimis Comm. ad Jur. Lub. l. 1. tit. IV. art. 3. num. 38. ſeqq. Cocceji de Matrimon. Momentaneo Proleg. §. 1. Strykii de Reliq. Sacram. in cauſis matrimon. cap. 2. ſeqq. ubi ex reliquiis Pontificiæ Romanæ Theologiæ ad ſpirituales, ut vocant, cauſas referri vulgo probat, & ad argumenta *Carpzovii*, aliorumque reſpondet. Et ne JCtos tantum nominem, ipſius etiam *Lutheri* teſtimonio, hic repetendo. Ich wehre mich faſt, ruffe und ſchreye, man ſoll ſolche Sachen der weltlichen Obrigkeit laſſen. . . Es kan niemand leugnen, daß die Ehe ein äuſſerlich weltlich Ding iſt, wie Kleider und Speiſe, Hauß und Hoff, weltlicher Obrigkeit unterworffen. . . Mir grauet vor dem Exempel des Pabſts, welcher auch ſich am erſten in diß Spiel gemenget und ſolche weltliche Sachen zu ſich geriſſen hat, & quæ ſequuntur principio libri von Ehe-Sachen *Tom. VI. VVitteberg. fol. 257.* Ad cauſas civiles, inquam, ſi re- 9
ferendæ ſunt matrimoniales, Jure ſibi id vendicat Imperator; ſi ad Eccleſiaſticas, injuſte hanc Imperii ſummi partem Pontifices Imperatori extorſiſſe, Proteſtantes magno ſtudio defendunt. Vid. *Stryk. tota diſſ. de Orig. Jurisd. Eccleſ. & ejus uſu in Proteſtant. Conſiſtor. Ludovici de Judice in cauſ. Princip. Matrimonial.* Exempla exerciti olim iſtius Juris a Cæſaribus ex Goldaſti Monarchia S. R. Imp. *Tom. 2. pag. 1393.* & ex Schilteri Commentario nunquam ſatis laudando de *Libertate Eccleſiarum Germaniæ* peti poſſunt *Lib. 6. c. 3.* Diplomata exhibet *Ill. Leibnizius in Cod. Jur. Gent. p. 2. n. 82. ſeq.* Recentius eſt exemplum vindicatæ ab Imperatore Jurisdictionis in cauſa matrimoniali 10
Chriſtiani Ludovici, Ducis Megapolitani, cum uxore Gallicæ nationis de *Chaſtillon*, & inhibitæ Auguſto Duci Saxoniæ cognitionis. Qua in re quid actum ſit, cum documentorum exemplis invenies in *Pfeffingeri notis ad Vitriarii Jus publ. Lib. 3. tit. 19. ſub num. 43.* Alia conſilii Aulici Imperialis judicata nos in Appendice ſubjiciemus.

(f) Imperatori adſcribit judicandi poteſtatem in cauſis Proteſtantium Eccleſiaſticis, *Cole-* 11
rus de Jur. Imper. Germ. Sect. 36. in Nucl. Jurispubl. Gieſſenſi. Textor ad Receſſ. Imp. 1654. Diſp. 1. th. 74. Mevius etiam locis ſupra dictis. Contrarium docet *Blum. Proc. Camer. tit. 43. n. 15. & Dn. Thulemarius* in Reſponſo Juris, quod quidem de cauſis præbendariis tantum eſt conſcriptum, ſed eandem in matrimonialibus eſſe rationem, legenti facile patet. *Ludovici de Judice in Cauſis Princip. Proteſtant. Matrimonial. §. 31. 46.* qui Principibus ipſis ſuperioritatis Jure, deciſionem cauſarum Matrimonialium propriarum tribuit. Deciſionem pragmaticam Imperii fruſtra expectari, effatum eſt *Lynkeri de Libertate Statuum Imp. pag. 43. edit. in fol.* Sed imploratum Cæſa- 12
rem committere cauſam ſolere ejusdem religionis Commiſſariis, quam viam tutiorem eſſe judicat. Ipſe tamen, ſi partium altera commiſſionem recuſet, Commiſſarius vero inſiſtat, judicium ſuſpenderat, *Tr. de Commiſſario Imperat. in cauſis juſtitiæ*, §. 10. ubi quæſtionem plenius examinat, *junct. Tract. de Libert. Statuum Sect. 2. §. 4. adde de Grav. Extraj. p. 538. 542.* Fuere qui Conſiſtorium commune Principum Proteſtantium ſuaſerunt. Ex quibus publici juris notatur ad *Schuzii Manuale Pacif.* vir 13
pietate & meritis olim conſpicuus *Hieronymus Brukerus Conſiliar. Aul. Sax. Gothan.* quem tamen taxat eo nomine *Ludovici dict. diſp. §. 38. ſeqq.* Ipſum auctorem in medio rem reliquiſſe, qua erat modeſtia, ſum perſuaſus. Quod Conſilia ejusmodi exitu ſint difficilia, vitio fit hominum. Neque etiam ſine difficultate Principes ipſos ſuſcepiſſe cognitionem, exempla adferri poſſent.

14 (g) *Memorial. Viſit. 1570.* §. Wann auch der Kayſerl. ſcil. ſi de vinculo eſt quæſtio, non de proceſſus nullitate, de poſſeſſione, ſævitiis, aliaque cauſa incidente, *Lynck. d. l.* §. 4. Idem de Judicio Imp. Aulico eſt ſentiendum *Andler. Jurispr. publ. L. 2. tit. 3. n. 55. 59.* ut adeo fallatur *Uſenbach. de Conſil. Aulic. cap. 10. ſub Sect. 3.* confundens Jurisdictionem Imperatoris & Judicii aulici: hæc eſt haud dubie anguſtior illa.
15 De Jurisdictione Judicii Aulici in cauſis Conſiſtorialibus extat diſſertatio Inaug. *Joh. Frid. Crameri*, in Acad. Norica habita, ubi *cap. 3.* caſus fundati Judicii in cauſis Eccleſiaſticis proponit, de Matrimonialibus eſt ambiguus §. 7.

§. XXI.

1 De gradibus in matrimonio prohibitis deque diſpenſandi jure cumprimis Proteſtantium Principum, addere aliquid ſuperſedeo, cum argumentum hoc occupaverit non ita pridem erudita tractatione *D. J. J. Mullerus, Secretarius & Archivarius Saxonicus. (a)*

2 (a) Das Diſpenſations-Recht in verbothenen Ehen der Fürſten und Stände, wie auch der unmittelbaren Reichs-Glieder, nach denen Reichs-Geſetzen und der Obſervanz ausgeführet. *Schilterus quoque de Libert. Eccleſ. Lib. 3. c. X.* erudita commentatione jura diſpenſandi Imperatorum antiquitus defenſa exercitaque, nec non rationem computationis graduum in veteri Eccleſia oſtendit. Adde *Inſtit. Jur. Canon. L. 2. tit. X.* „Proteſtantes, uti liceat verbis *Lynckeri diſſ. Tract. de Libert. Stat. pag. 40.* „*edit. in fol.* ſicut jure Pontificio quoad gradus matrimoniorum non tenentur, & ne „quidem ſubditi illorum, niſi qua in tertis Principum retentum eſt; Ita quoque liber„tatis eſt, quod matrimonia inire poſſint in gradibus illo jure prohibitis, ſine diſpen„ſatione Cæſaris, quippe quod nec Cæſaris imperium qua conſcientias Proteſtantium, „in actum exercitum deducatur, hique conſcientiam ſuam ſimpliciter ex interpretatio„ne ſaniori ſcripturarum forment. Igitur cum poſſint Proteſtantes, qui ſuperioritate „pollent in ſuis territoriis, ſive actu, ſive potentia pro libertate ſua præter & contra le„ges Imperii ſeu Canones inire nuptias, ut non minus aſſeruit Dux Chriſtianus Mega3 „politanus in *Diar. Europ. part. XI. p. 529.* Statutis vero propriis & Anteceſſo„rum non teneantur, & jus divinum rigide obſervant: hinc inter ipſos & in illorum „matrimoniis diſpenſatio nulla locum habet. Ipſi vero ſubditis ſuis contra Jura com„munia diſpenſant; hactenus quoque ſummi & independentes. Adde Spenere Theolog. Bedencken, *Part. II. p. 504. ſeq.*

§. XXII.

1 Ceterum libertatem matrimonii ineundi fœminis illuſtribus perinde ut maſculis competere, neque alia niſi parentum, in quorum poteſtate ſunt, reverentiæ lege conſtringi, non eſt quod dubitemus. Vid. *Lynck. de Lib. Stat. Sect. 2.* §. 4. (a) Unicus eſt caſus, quo ea libertas limitetur, ſi fœmina illuſtris Eccleſiaſtico Ordini adſcribi velit. Quod uti Romanæ Eccleſiæ addictis non eſt novum, ita ſi de Proteſtantibus ſit quæſtio, dubitatum nuperrime fuit, cum de eligenda ad Quedlinburgenſem Abbatiam illuſtri fœmina eſſet quæſtio. (Vide quæ de Electionis controverſia
2 in *Electis Juris publ.* ſunt recenſita, *Tom. I. pag. 324.*) Permittendum eſſe matrimonium electæ vel eligendæ fœminæ ſine periculo amittendi beneficii Eccleſiaſtici, celeberr. JCti *Thülemarii* eſt ſententia, rationibus haut levibus nixa, quas in Appendice pace Dn. Auctoris addemus. Sed præter ea, quæ in Reſponſo adducta, aliud exemplum hucusque nondum extitit, defectu non Juris, quod cum Epiſcopis Aug. Conf. commune eſſent habituræ,

habituræ, ſed voluntatis forte, aliarumque circumſtantiarum. Vid. *Lyncker. Analect. ad Jus Canon. L. 3. tit. 31.*

(*a*) Memorabile exemplum eſt, quod in Scriniis Saxonicis legitur, matrimonii inter Mau- 3
ritium poſtea Saxoniæ Electorem, Philippi Landgravii Haſſiæ filiam, parente Henrico Saxone inſcio conſummati. Dixerat Henricus Conſiliario ſuo Schœnbergio, qui nomine filii conſenſum expetierat. Er ſolle ſeinen Sohne ſagen, er müſſe ſich ſelbſt, nicht ihme dem Vater, ein Weib nehmen, darum möge er nur hin reiten, gefalle ſie ihm, im Nahmen GOttes, ſo ſey ers auch wohl zu frieden. Maritus viſa Sponſa, mox ad conſummationem conſenſu Philippi Landgravii proceſſit: Henricus ægre tulit. Filio aceeſſum denegavit, donec mater culpam in ſe reciperet, filius a patre veniam petiiſſet. Nec tamen ut domum duceret uxorem obtinuit, priusquam Ordines provinciæ in conſilium adhibuiſſet Pater. Ex hoc matrimonio quanta in Rempubl. bona ſint profecta, exponit *Seckendorf. Hiſt. Luth. lib. 3. 21. §. in addit.* Quod de 4
ordinum conſenſu hic recenſuimus, libera ex voluntate, conſilii gratia feciſſe putandus eſt Henricus. Neque enim eam neceſſitatem imponi ſibi patiuntur Principes. Neque, quod *Coccejus* tradit *Jurispr. publ. cap. 29. §. 5.* ſolere a fœmina ſucceſſura vel ſuccedente in territorio, expeti conſenſum Ordinum, alio caſu fieri exiſtimo, quam ſi ad territorii regimen maritum velit admittere, vel in eum illud plane transferre, vid. *Titius Spec. Jur. publ. L. 4. c. 9. §. 5.* Maternum conſenſum ad matrimonium inter Principes non negligi, regula decori jubet, & Joh. Wilh. Dux Saxoniæ lineæ Erneſtinæ parens communis, teſtamento fieri præcepit. Id quod in filiabus multo magis habet locum. Neque etiam patre defuncto fratrum & propinquorum conſenſum inſuper haberi, eſt conſultum. Non ſolum quod ad dotem conſtituendam vel dotalitium, ſit neceſſarius de jure, ſed & ut ratio habeatur decori & amicitiæ. Unde graviter tuliſſe legimus in Actis Fridericum Sapientem Electorem Saxoniæ nuptias ſecundas, ſe inconſulto a Fratre Johanne initas cum Margaretha Waldemari Anhaltina filia. Sed pinguiorem conditionem fratri animo deſtinaverat Fridericus, Johannes ſola vir- 5
tute erat contentus, nicht in Anſehen ihrer Schönheit, ut ipſe loquitur, oder Reichthums, ſondern ihres guten und tugendlichen Lebens, vel ut alibi exprimitur, dieweil ſie ein fromm Kind in Demuth und geringen Weſen erzogen und ſeine Dienerin ſeyn, und nicht begehren würde in prangeriſchen Weſen, koſtbahren Kleidern gehalten zu werden, verba ſunt, Principis temperantiam inprimis exprimentia. Non minor modeſtia Joh. Wilhelmi, quem paullo ante nominavimus, laudatur. Huic enim frater natu major Joh. Frider. conſilium ad matrimonium cum Dorothea Suſanna Palatina petitum denegaverat. Der Rath käme ſeiner Lbd. ſelber zu, und wenn ſelbige ihm und ſeinem Bruder anzeigen werden, daß ſie diß zu thun willens wären, ſo würde es ſo dann an freundlicher Antwort nicht mangeln, und befrembte es ihm nicht wenig, daß ſeine Lbd. den Handel ſtracks auf ihn ſchieben wollen, der doch bey ihm nicht ſtünde, und darüber er weder Recht noch Gewalt habe. Sed ratio Joh. Frid. erat, quod optaret Fratrem Eliſabethæ Reginæ Angliæ matrimonio jungi. Joh. 6
Wilhelmus contra ſentiebat: Daß GOtt, der es mit ſeinen itzigen Vorhaben alſo geſchicket, ihm auſſer dieſem vielmehr als ein Königreich geben könte, wie er ſie denn noch nie verlaſſen, und ihnen mehr dann keinen Fürſten im Reiche in deme gethan, daß er ſie bey den theuren Schatze der reinen Lehre gelaſſen habe, auch was die mehrere Hülffe und Troſt belange, er im gantzen Reiche, wann ers durch und durch gehe, keinen Fürſten finde, auf dem Treu und Glauben zu ſetzen wäre, zu deme das Vertrauen auf Menſchen-Hülffe, nach Anzeig und Warnung der Heil. Schrifft gar miß- und gefährlich, auch bekandt ſeye wie es zu gehe, wann man nach Geld und Guth freyen wollen, er auch ſeine Krieges-Dienſte im ehelichen Stande abwarten könte: Als hat H. Johann Friedrich es dabey bewenden, dem Bruder ſeinen Willen, und alſo der Handlung ihren bald darauf zum Schluß und Vollziehung gediehenen Fortgang gelaſſen. Hæc ex *Dn. Pfanneri* relatione excerpta ſuo modo etiam ad fœminas illuſtres applicari poterunt.

§. XXIII.

Religionis in Imperio Germanico diſſenſio matrimonia quidem im- 1
peditura non eſt. (*a*) Ubi tamen diverſitas ſacrorum non recepta, tribui

ſolet illuſtri uxori id præcipui, ut ſacris ſuis privatim uti queat, cujus rei exempla inter ipſos Proteſtantes frequentiora, inter hos & Romanæ Eccleſiæ addictos rara. Modum iſtiusmodi privato ſacrorum exercitio præſcribi ſolitum, exempla in Appendice relata oſtendent.

2 (*a*) Haut leve alioqui conſortio vitæ intimiori, quale eſt matrimonium, religionis diverſitas adfert impedimentum, non deſunt exempla repudii inter deſponſatos ob ſacra mutata dati. Saxonicæ familiæ hiſtoria Seculi XVI. cumprimis memorabilia præbet, recenſita a *Dn. Pfannero* im MSpt. Bericht von Fürſtl. Heyrathen ungleicher Religion. Refrigeſcente zelo facilior ad matrimonia ejusmodi fuit progreſſus, imo ad alterius conjugis, a cujus perſona fortunæ dependere viſæ, ſacra, tranſitus. Eſt haut dubie & hæc, temporum & locorum quæſtio. Neque de matrimoniis inter Romano-Catholicos cum Evangelicis, vid. Speners Theolog. Bedencken, *Part. 4. p. 351.* Et inter hos ipſos, etſi ſacris diſtinctos, idem ferri poteſt judicium. Vide *Schilter. Inſtit. Jur. Canon. II. 10. 13. Seckendorf.* Fürſten-Staat, *P. II. c. 7. 26. Dr. Philippi Müllèri* Scriptum, cui titulus: Fang des edlen Lebens durch fremde Glaubens-Ehe, * & huic oppoſitum *Chr. Thomaſii*: Erörterung der Gewiſſens-Frage von Heurath Lutheriſcher und Reformirter Fürſtl. Perſonen. De matrimoniis cum peregrinis fœminis ſæpe laudatus *Dn. Pfannerus* integro egit capite.

* editum fuiſſe occaſione matrimonii Principis cujusdem Lutherani cum Reformata, Dn. Auctor incuſatus, negavit, & ægre tulit.

§. XXIV.

1 Supereſt ex Jure perſonarum, ut *de Tutela fœminarum Illuſtrium* dicamus. De qua cum præter ea, quæ ſyſtematum Scriptores tradidere, integræ extent commentationes *Ejbenii* atque *Strykii*; (*a*) Nobis aliud vix eſt reliquum, quam ut ab aliis affatim dicta, brevi exhibeamus conſpectui. Maternam tutelam adeo non repudiarunt populorum mores, ut paucæ ſint gentes, quæ amori atque ſollicitudini maternæ erga liberos id non aliquando tribuerint; *Vetus eſt quæſtio*, legitur apud Ærodium: (*b*) *An mater, an uxores, an proximi præferantur; Quæ quia nunquam ſine tumultu facta eſt, cur eam Jure & Legibus definies? Certe Aſcanius Æneæ filius usque ad puberem ætatem in tutela muliebri fuit, inquit Livius, Macedones contra muliebre Imperium non ferebant. Itaque eſt quæſtio temporum & locorum.* Diſtinc-
2 tionem *H. Grotii* (*c*) in regna, quæ lege deferuntur & quæ ſunt patrimonialia, ut in prioribus lege publica aut conſenſu populi, in his electione patris aut propinquorum tutela deferatur, calculo communi probatam eſſe, (*d*) atque ex præſumta defuncti voluntate matris fore tutelam,
3 docet & illuſtrat *celeb. Hertius.* (*e*) Nobis non incongrua videtur diſtinctio inter tutelam regni & perſonæ pupilli. *Regni*, non Juris præſidio cœpiſſe fœminas tutelam, ſed artibus, potentia, tranſactione, conſenſu, pietatis ſpecie aliisque modis, nec tamen ceſſaſſe unquam cum Principibus ſanguinis contentiones, ait *Coccejus*, exempla exemplis opponens. (*f*) *Perſonæ* autem tutelam curamque educationis matri ratione naturali competere, dicto loco docet. Sed nos de civilibus Patriæ LL. erimus ſolliciti.

4 (*a*) Ille Tr. de *Tutela fœminea*, hic *Diſp. Anno 1696. Halæ edita.* His acceſſit *Dnus de Ludwig. Diſſert. de Tutelis maternis*, in opuſculis varia doctrina celebratis, *Tom. II. pag. 1125. ſeqq.*

(*b*) *Pandect. Rer. Judic. L. 4. tit. 19. c. 1.*

(*c*) *De*

(c) *De J. B. & P. l. c. 3. §. 15.*

(d) Quæ tamen Diſtinctio quam ſit infirma, oſtendit *Coccejus Diſſ. de Teſtam. Princip. 5 part. ſpec. §. 16.* negans ullum regnum juſtum eſſe in patrimonio: nihil ita haberi, quod non ſit juris privati. In regnis ſi hoc fiat, eſſe Tyrannidem, non Imperium, non civitatem, ſed latam Tyranni familiam domumque. Regna vero non regnantis cauſa, ſed ſubjectorum eſſe conſtituta. Sententiam auctoris ſequitur & illuſtrat *Thomaſ. in notis ad Huberum de Jure Civitat. lib. 1. Sect. 3. c. 2. pag. 69. ſeqq.* Firmiſſimum præbet hæc hypotheſis argumentum ad demonſtrandam nullitatem omnis de regni ſucceſſione diſpoſitionis, ſine populi conſenſu factæ. *Coccej. dict. loc. §. 17.* qui & aliorum Grotii, & qui eum ſequuntur, ſuppoſitorum infirmitatem dicta Diſſertatione commonſtrat, qualia ſunt: Teſtamentum eventualem eſſe alienationem, revocabilem ad mortem, retento interea uſufructu. Teſtamentorum originem eſſe ex jure natu- 6
rali. Ex mero poſitivo eſſe, optima ratione, ait *Coccejus* cum *Puffendorfio §. 17. ſeqq. Sect. 1.* Falſum fundamentum ſucceſſionis ab inteſtato ex præſumtione voluntatis defuncti deſumi, §. 36. Falſam etiam Interpretum ſententiam, quod ex teſtamento invalido jure civili, naſcatur obligatio, §. 40. Falſum, quod dicatur, Principem injuriam facere ſubjectis, auferendo eis poteſtatem teſtantur §. 42. confer *Buddei diſſ. de ſummor. Imperant. teſtam. cap. 1. §. 6.* Hiſce ſuppoſitis, ſi de tutelæ delatione ſit quæſtio. Idem *Coccejus alia Diſſert. de tutelis Illuſtrium Sect. §. 1.* negat pupillum jure naturali eſſe capacem ſummæ poteſtatis & Imperii, cum omnis ſucceſſio hæreditaria non ſit niſi ex jure poſitivo. Regna autem in hæreditate eſſe dici nequeant. 7
Capacitatem etiam perſonæ ad hæredem non transire, & qui ſeipſum tueri nequeat, imperium habere naturali jure non poſſe. Ergo quod pupillus imperium habeat, ex populi eſſe conſenſu, & de Jure Gentium, quod vocant, ſecundario, §. 2. Judicium defuncti Regis in tutela deferenda locum habere non poſſe, quod illius, qui ſuccedat, æque ſumma ſit poteſtas. Omne etiam imperium, omnis poteſtas morte anteceſſoris ſit extincta. Secutos autem populos judicium defuncti, non de juris neceſſitate, ſed ultro, motos judicii vel utilitate, cum aliam vim quam commendationis habere non poſſit, §. 5.

(e) *De Tutela Regia Sect. 1. §. 12.* Copiam exemplorum ſuppeditat *Arniſæus 2. Rel. pol. 2.* 8
Sect. 12. n. 56. Stryck. de Tutel. matern. princip. b. 2. 5. ſeqq. Diſceptationes de Tutela fœminea refert *Priefectus Chron. geſtorum ſingul. anno 1613.* in Domo Mantuana, *anno 1632.* in Domo Subaudiæ.

(f) *Dict. diſſert. de Tutel. Illuſtr. §. 5. 6. 7.*

§. XXV.

Antiquiores Germaniæ leges maternæ tutelæ non eſſe adverſas o- 1
ſtendit in inquirendis iis ſtudioſiſſimus *Schilterus.* (a) De Regis Romanorum Tutela, non eſt quod inquiramus, cum Legibus ſit definita quæſtio, *Capitul. Joſephi, art. 74.* Ad Principes Imperii quod attinet, Jus commune, in Imperio receptum, quod locum habeat inter eos tutela materna, dubitationem nobis non relinquit. Regula ergo erit, Legitimam tutelam deberi matri, (b) niſi aliud lege, pactis vel moribus inveniatur immutatum. Ita lege publica ab Electoris pupilli tutela prohibetur mater. (c) Prohibentur a Principum tutelis in Feudis Imperii cognati. (d) 2
Non tamen arcentur fœminæ. (e) Quid ergo, poteritne eſſe tutrix noverca? Denegatur ei tutela notiſſimis legibus Juſtinianeis. Num etſi parens tutricem liberorum prioris matrimonii teſtamento eſſe voluerit? Admiſſum iri præter matrem aviam, etiam aliam cognatam, conſenſu Imperatoris, *Strykius* affirmat, exemplo *Brigittæ*, Amitæ magnæ & Tutricis *Franciſci Mariæ* Mirandulæ Ducis, nec non *Suſannæ* materteræ Nobilis a Weſternach. Civilem equidem eſſe rationem, ſi a tutela fœmina ex- 3
cludatur;

cludatur; non aliam, ſi admittatur, negari non poteſt. Nihil ergo eſt, quod limites civili poteſtati ea in re ponere queat. Ad Regnorum & magnorum Principatuum gubernationem vicaria fœminarum opera uti ſummos Imperantes, non eſt inauditum. At tutelæ munus conferendum cur diceres eſſe poteſtatem limitatam? Sed ita mores Germaniæ non ferunt. (*f*)

(*a*) *Praxi Juris Romani Exerc. 37. §. 49. ſeqq.*

(*b*) *Per Novell. 22. c. 40. Nov. 94. c. 2. Nov. 118. c. 5. Auth. Matri C. quand. mulier. off. Tut. Richt. ad dict. Auth.*

4 (*c*) *Aur. Bull. tit. 7.* Quid de provinciis Electoratu non comprehenſis? Jure communi eas cenſeri matrique deferri tutelam, docet *Coccejus Jurispr. publ. c. 29. §. 21. Stryck. d. l. §. 36.* qui tamen diſpoſitionem patris requirere videtur, & exemplo adjuncti a Chriſtiano Electore Saxon. tutoris teſtamentarii, legitimo Tutori Electoratus, contra *Swed. P. Spec. Sect. 2. c. 3. Thülemar. de Oblovirat. c. 27. n. 2. Klock. Vol. 1. Conſil. n. 38.* probare ſatagit, valituram tutelam teſtamentariam: quo tamen exemplo ad
5 fœmineam an inferri poſſit, ſuo loco relinquo. Filiorum Electoratus non hæredum, facilius matrem eſſe tutricem autumo, de quo caſu *Stryck. §. 37.* qui & *§. 39. ſeqq.* in Epiſcopatibus Proteſtantium, ubi tutelæ legitimæ locus eſſe poteſt, matri eam adjudicat, praxi fortaſſis invita.

6 (*d*) Ubi ſucceſſionis eſt emolumentum, ubi onus tutelæ *pr. Inſtit. de legit. patron. tutel. Nov. 118. c. 5.* niſi perſona aliqua lege impediatur, quæ regula in feudis cumprimis locum habet. *Kœppen 1. Obſ. 60.* adeo ut ſimulatanee inveſtitus cognato præferatur non in feudo tantum, ſed & in allodio, *Lynck. Dec. 485.*

7 (*e*) Etiam in Feudis *Kettler. Deciſ. 94. Schrader Part. X. Sect. 19. n. 25. Roſenthal. 12. 10. 20. Balthaſar reſol. Jur. Bavar. L. 5. tit. 3. n. 13.* Vide omnino conſilium primum *Syntagmati Jur. Feudal. Struviano* ſubnexum, quod auctorem habet *Lyncker.* Et *Andler. Jurispr. publ. 2. tit. 1. §. 29. Horn. J. Feud. c. 6. §. 16.* ubi quod in Electoralibus provinciis ſimultanee inveſtitos adjungere ſit conſuetum. Diſſentit *Dn. Coccejus diſſ.* ſæpe laudata *de tutel. illuſtr. Sect. 3. §. 3. & 12. Sect. 4. §. 5.* ea ratione, quod omnis tutelæ legitimæ ratio ſit ſpes ſuccedendi, ad quam ſi fœminæ non adſpirare queant, nequeant eſſe tutrices, ſi tamen admittantur ad tutelam, ex ſpeciali regionis more fieri. Quidni vero dicamus, ex Juris civilis, Romani in Germania recepti ratione admittendas fœminas regulariter, niſi contrarium alicubi uſu obtinuerit.

8 (*f*) De Contutela loquitur præjudicium ex *Gylmanni Symphor. Cameral.* relatum. Italicum exemplum etiam ex circumſtantiis eſſet dijudicandum. Vid. *Andler. Jurispr. L. 2. t. 1. §. 29. ſeqq.*

§. XXVI.

1 Maternæ tutelæ exempla infrequentia inter Germaniæ Proceres non ſunt. (*a*) In familia Würtenbergica Viduæ *Wilhelmi Ludovici* quæ dubia circa Tutelam mota fuerint, in Appendice ex Actis excerpſimus. Si verum eſt, legem non tolli ex eo, quod caſus nunquam extiterit, locum habebit etiam in Saxonum gente tutela materna, deficiente ultimo parentis judicio. Si infringitur virtus legis per non uſum, ut docet Thomaſius, (*b*) prohibebitur mater ab agnatis, cum exemplum in familia Saxonica tutelæ maternæ, etiam Stryckio teſte (*c*) non extet. Sed & alia peculiaria Saxonum familiam in tutelis habere, exemplo confirmationis,
2 cæterarumque ſolennitatum, quibus non utuntur, (*d*) conſtat. More igitur hoc vivunt, nec Maternam tutelam remoto Contutore agnato admittunt,

mittunt, qua in re habeo auctores *Schilterum, J. publ. L. 1. tit. XII. §. 4. Lyncker. Obſ. ad Aur. Bull. c. 7.* Imo nec teſtamento matri ſoli delatam unquam fuiſſe in Saxonica domo tutelam, hiſtoria commemorat. *(c)*

(a) Quæ vide apud *Stryck. diſt. Diſſert. cap. 2. §. 21. 22. ſeqq.*

(b) *De Jure conſuetud. & obſervant. §. 101.*

(c) *Diſt. loco §. 18.* ubi ex Votis Judicii Imper. Aulici in Controv. præced. Anno 1691. 3 editis diſſenſum refert Dnn. Referentium de tutela filiorum a vidua Johann. Wilhelmi Vinarienſis petita. Acquieviſſe autem matrem, neque obtinuiſſe tutelam acta teſtantur; quod autem ibidem dicitur: Jure Civili uti Saxoniæ Duces in tutelis, id, cum de tutela Principis Saxo-Jenenſis diſputaretur ſcriptis publicis, una ex parte fuit aſſertum, ex altera negatum. Pacto deinde lis deciſa, Jure Saxonico ſe uſuros more antiquo, quem etiam teſtatur exemplum, quod refert *Müllerus in Annal. Anno 1695. Octobr. ex Archivis*

(d) Auctore *Lynckero de Libertat. Princip. Imper. Sect. 3. §. 7. edit. in fol. pag. 60. & in Obſerv. ad Aur. Bull. cap. 7. Müller. Annal. Anno 1702. d. 7. Jul.*

(e) Erneſtus Saxoniæ Dux Anno 1654. teſtamento matrem dederat Filiis Tutorem, ſed 4 adjuncto, ut accepi, Contutore. Caruit etiam effectu diſpoſitio, cui piiſſimus Princeps diu ſupervixit.

§. XXVII.

Suſcipiendæ tutelæ ſolennia in illuſtribus fœminis eadem, quæ in 1 privatis? Declaratio voluntatis, renunciatio ſecundarum nuptiarum & SCti Vellejani, Jusjurandum denique, quæ omnia, ſolam ſi exceperis Domum Saxonicam, *(a)* obſervari, nec priusquam fiant, confirmationem ſubſequi, exempla recentiora docent. *(b)* Uſus ergo optimus 2 eſt Juris interpres. Suſceptam quandoque adminiſtrationem, & confirmationem tutelæ petitam quidem, ſed quaſi debito ſic eſſet ſatisfactum, neglectam, Judicia teſtantur. *(c)* Exitu non ſemper proficuo, neque id ego conſulerem. Levi ſane momento negotium aliquod in Aula Cæſarea vel in Camera enaſci poteſt, repulſam omnino Tutor aut Tutrix non confirmata habet, quod metuat. Tametſi in Comitialibus negotiis factam confirmationem probari tam ſolicite non ſit conſuetum, argumento actorum publicorum apud Lundorpium. *(d)*

De Curatore addendum, Fœminas ad adhibendum Curatorem adſtringi 3 non communi jure, ſed Saxonico. Saxonicæ ergo Tutrices Curatore habebunt opus. An & illuſtres? His Conſiliariorum fide prudentiaque erit conſultum. *(e)* Sed hac de re mox dicemus amplius. Ordinum Provinciæ conſilium, ubi ea eſt illorum auctoritas, *(f)* quin ſit utile, non dubito.

(a) Supra liter. (d) §. *XXVI.*

(b) Declarationem voluntatis requirit *L. 2. C. qu. mulier. tut. off. Nov. 94. c. 1. pr.* ut 4 renunciet ſecundis nuptiis, *Novell. 118. c. 5. & diſt. Nov. 94. c. 2.* & beneficio SCti Vellejani *diſt. Novell. 94. c. 2. Eyben. de Tutel. famin. Illuſtr. 2. §. 3.* quæ renunciatio ſi non fiat, tamen eo beneficio uti non poterit tutrix. *Brunnem. in Authent. Sacram. Cod. eod.* conf. *Thomaſ. de Uſu SCti. Vellej. §. 29.* & quæ *Sect. 2. §. lit. a.* dicentur. Jurisjurandi præſtatio *Novell. 72. c. 8. & Ordin. Polit. Imperii Anno 1577. tit. 32.* quæ tamen per procuratorem fieri poteſt, mandato ſpeciali inſtructum. Omnia in illuſtribus fœminis locum habere, neque remitti, *Strykius Diſſertat. de Tutel. ma-*

terna Princip. cap. 3. exponit latius. Exemplisque ex familia Palatina, Würtenbergica, Megapolitana, Anhaltina, additis etiam renunciationum, Jurisjurandi, atque ad id præstandum mandati procuratorii, secutæque confirmationis formulis, illustrat.

(c) Cujus rei exempla *Stryckius* §. 13. habet, & periculum §. 14. conf. *Struv. Observ. Feud. ad cap. X. §. 3.*

(d) *Act. publ. anno 1640. die 26. Sept.* ubi de Amelia Hassiaca invenies exemplum.

4 (e) Illustribus matribus tutricibus etsi quandoque Curatores adjuncti, regulariter tamen Consiliarii eorum locum supplent. *Lynckerus Decis. 797.* & *de Libert. Stat. Sect. 3. M. 1. §. 7. p. 60. seq. Carpz. Proceff. Tit. 5. artic. 3. n. 96.* Sed hæc locum habebunt, ubi præsto sunt Consiliarii fœminæ, Regimen terrarum capessenti. An ergo innupta Illustris fœmina ad negotium aliquod, transactionis puta, perficiendum Curatore habebit opus? Responsum cape ex iis, quæ §. ult. adferuntur. De Marchiæ Brandenburgicæ observantia contrarium testatur *Stryckius d. loc. §. 16.* Quid si negotium sit majoris momenti, & quo facilius Soror illustris transactioni favore fratris consentiat, adjungatur ei ex Consiliariis aliquis fratri devinctus, vel alias rem leviter tractaturus? Rescindi acta omni Jure postulabit Soror, de Jure suo melius informata.

5 (f) Ut scilicet in rebus, quæ ad gubernationem pertinent, sine eorum consilio nihil suscipiatur. vide *Eyben de Tutela fœm. p. 47.* De Ordinum provincialium auctoritate nuperrime scriptum aliquod Anonymum vernacula lingua prodiit, omnem eis vim abjudicans. *Consilii gratia adhiberi, non auctoritatis: hanc esse Principis: Cui consilium non placeat, aliud amplecti, suoque ipsius judicio uti posse.* Sed hæc generaliter admitti non possunt. Verum est, temporum & locorum esse quæstionem, non
6 ubique eandem esse Regiminis formam. Ordines tamen ubi sunt, ex veteri Germaniæ libertate jure suo frui puta: Antiquo more si in majoris momenti negotiis instituatur cum iis consultatio, consensus etiam in nonnullis requiratur, hoc, ne pro arbitrio & ex utilitatis imaginariæ forte scopo negligatur, est consultum. Libertatis hanc eximiam partem Principes regimen provinciæ capessentes datis reversalibus literis confirmant. Infeliciter cessisse Principibus, qui Ordinum consilia sunt secuti, exempla fere nulla, ubi sprevere, dabuntur complura. Non nudi sunt Consiliarii ordines, Proceres sunt Provinciæ, omnis fortunæ cum Principe participes, nervum etiam addunt negotiis, auctoritate Principis salva. Felix Princeps, cui contingere Proceres probitate, experientia, consilio, animo etiam validi. Felicior, qui eos audire dignatur. *Lyncker. ad Capitul. Joseph. art. 2. voce Collationi.* Adde *Andler Jurisprud. L. 1. tit. 5. Part. X. n. 5.*

§. XXVIII.

1 De administratione Matris Tutricis eo pauciora dicenda superfunt, quod ab aliis Tutoribus differentia inveniatur nulla. Omnia ergo geret negotia vel ipsa illustris fœmina, vel per Procuratorem, scilicet quæ sexum non decerent. (a) Augetur, non minuitur per Ministros Principum Auctoritas. Pleraque majoris momenti negotia Reges Principesque viri per alios agere consueverunt, quæ tamen ipsi egisse videntur. Investituram Feudi petit Mater, recipitque, Comitiis interest, nihil non
2 agit, quæ tutoris sunt officii. (b) Ad singula descendere supervacuum. (c) Deponit tutelam nuptiis repetitis, rationes reddit. An a suspecti postulatione erit immunis fœmina illustris? Suspicio legibus requisita si existeret, quam tamen dignitas personæ cavere jubet, non dubitarem.

(a) *Sunt*

(*a*) Sunt multa ſolennitatum officia a Viris tantum peragi ſolita. Ineptit ergo, qui, ut negaret tutelam Electoralem matri, ratione ea eſt uſus, quod inter Electores equitare fœminam foret indecorum: Reprehenſus idcirco a *Strykio* §. 4. *cap.* 3. 3

(*b*) Officia Tutoris feudalis exponit uberrime *Schrader. de Feudis p. X. Sect. 20.* De Comitiis exempla in ſubſcriptionibus Receſſuum Imperii & Actis Lundorpii ſunt obvia. 4

(*c*) De adminiſtrationis partibus conſule *Stryck. capite 4. toto.* ubi de confectione inventarii, de alienandi poteſtate, (quam matri tutrici ſoli tribuit *Andler. Jurispr. L. 2. t. 1. n. 46.*) de ſumtibus adminiſtrationis, agit, Formularum etiam ſtylum in reſcriptis uſurpari ſolitum recenſet. De Fine tutelæ maternæ *capite V.* Nobis illud addendum, quod *Schilter* tradit, illuſtrem tutorem, (ergo & tutricem) inveſtiri de feudo pupillari nomine proprio, a pupillo vero majore facto impetrandam de novo inveſtituram. *Exerc. ad π. 37. §. 8. Inſt. Jur. Publ. L. 1. tit. 12. §. 6.* Majorem itaque eſſe Tutoris Illuſtris quam privati auctoritatem, liberiorem adminiſtrationem, vide & *Klock. I. Conſil. VI. n. 53.* 5

§. XXIX.

Diximus de Tutela, quam fœminæ in liberos exercent. Dicendum adhuc eſt de ea ſexus muliebris qualitate, quæ in tutela virorum conſtituit fœminas. Frequenter enim legimus apud Juris-Conſultos in perpetua eas eſſe tutela, nullum negotium, niſi Mariti vel Curatoris autoritate adhibita, valide peragere. Qua in re non eadem conſtansque fuit apud Romanos (*a*) Germanosque (*b*) Legislatio atque conſuetudo. A naturali imbecillitate ſexus id fruſtra deduci, ex eo ſolo patet, quod alibi negotiis fœminarum nullum ab ejusmodi lege ſit impedimentum. Et quis neſcit, tantam non eſſe ſexus muliebris imperfectionem, ut ſi cumprimis inſtitutio accedat atque exercitatio, ſæpe inveniantur maribus non inferiores judicio, ingenio, memoria, tolerantia laboris, induſtria, negotiorum graviorum felici tractatione, calliditate etiam quandoque ſuperiores. (*c*) Eſt igitur ſola cujusque Reipublicæ ratio civilis, ut ad negotia publica privataque gerenda non admittantur; ab illis plane excluſæ, ab his in tantum, ut opus habeant autoritate mariti, innuptæ cura Curatoris. (*d*) Germanis ſi eadem ratio ubique non fuit, ſi Reipublicæ etiam adminiſtrationi aptas eſſe fœminas ex illuſtri proſapia natas placuit, non invita ratione factum eſſe putamus. Ergo ſi fœmina illuſtris ad terrarum regimen auctoritate vel conſenſu mariti, Curatorisve opus non habet, indigere autem nemo facile affirmaverit, privata negotia eam ſuo ex conſilio minus valide peracturam, quis dixerit? (*e*) Si Regali poteſtate non eſt prædita fœmina illuſtris, non dubito, quin eodem Jure cum aliis ſui ſexus utatur. (*f*) Sit nimirum in tutela Mariti, ubi ea recepta, (*g*) non contrahat, non obligetur valide ſine Curatore, ubi id conſtitutum, (*h*) peragat ex adverſo omnia ſine impedimento Juris, ubi Juſtinianea Legislatio viget, (*i*) ſalvo cæteroquin, ſi læſam ſe eſſe ſenſerit, reſtitutionis in integrum beneficio. (*k*) Sed de iis, quæ ad perſonas fœminarum Illuſtrium pertinent, ſatis. 1 2 3 4 5

4 (*a*) Plenius hoc argumentum illuſtrat *Schilter. Ex. XXXVII. §. CCXXII.* ubi Claudii Imp. Lege ſublatam fuiſſe tutelam mulierum olim obſervatam, a Conſtantino M. & Leone Impp. reductam quidem, ſed a Juſtiniano neglectam rurſus, tradit. Ita ut a judicialibus tantum negotiis pro aliis gerendis fœminæ excluderentur. Cuius prohibitionis ratio, Cajæ Afraniæ, (Calphurnia nupet diſp. Halenſi contra Ulpianum) inverecundia non fuit, de qua *Valer. Max. L. 8. c. 3.* ſed Legis, ut virile deinceps eſſet officium poſtulatio, tantum occaſio, quam ſæpe pro ratione in Jure Romano adferri obſervat *Schilterus Ex. X. & XVI.* Rectene ab antiquis legibus fuerit receſſum, fœminisque facultas negotiorum privatorum ſuomet ex conſilio gerendorum permiſſa, non emendatis earum moribus, alia foret quæſtio. Certe, quod maritalis poteſtatis, nedum tutoris extranei fuerint impatientes, negotiis etiam civilibus Indulgentia Imperatorum, Aulicorum, JCtorum, Sexui ſequiori plus quam par deditorum, ſeſe immiſcuerint, neglectarum antiquatum legum ratio eſt a vero non aliena, quam dat *Thomaſ. de Uſu SCti Vellejani §. 3.*

5 (*b*) Quos Mulierum conſilia non eſſe adſpernatos auctor eſt *Tacitus de M. G. c. 8.* Sed nec aliis Gentibus reprobata mulierum reſponſa in negotiis non privatis ſolum ſed & publicis, ex Platone *LXI. de LL.* & Ariſt. *2. pol. 7.* refert *Schilterus Ex. X. §. 17.* qui §§. *ſeqq.* docet Media Germanorum ætate, Jure puta Saxonico, Suevico, Longobardico a Judicialibus tantum negotiis fœminas fuiſſe repulſas, neque etiam pro ſe poſtulare ſine Curatore iis permiſſum. Adde *Exerc. 37. §. 142. Colerus Deciſ. 67. Maurit. 1. Conſil. 2. n. 14.* Id quod cum moderamine hodie obſervatur, ut ubi copia Curatoris haberi non poſſit, actus judicialis valide etiam ſola muliere præſente celebretur. *Mevius 2. d. 206. Lyncker. deciſ. 1398.* adde *Huber. Prælect. ad π. de Tutel. §. 5.* A Saxonica Jure communi recedit Jus Electorale, *Part. 2. Conſtitut. XV.* ubi *Carpzovius in Definitionibus & idem 2. Deciſ. 142. & 3. Reſp. 12. ſeqq.* & fœminis tantum de mobilibus bonis, quæ ſummam 500. ſolidorum non excedunt, libertas diſponendi non adhibito Curatore permiſſa, *Berlich. Concl. 17. n. 87. Schilterus Exerc. 37. §. 243. ad Inſt. tit. de Curat. aphor. 5. Lynckerus d. 1414.* Cum alibi in Saxonia communique Germaniæ Jure omnia negotia extrajudicialia valide gerat mulier, *Coler. Deciſ. 67. n. 40. Carpzovius 2. 15. 6. Lynckerus deciſ. 1466.* Imo & ubi alias Curator neceſſarius, ſi mulier contraxit ad morem Regionis, ut cum Curatore aliter contrahere non potuiſſet, non poterit dicere actum invalidum, *Idem Lynckerus Deciſ. 1053.*

6 (*c*) Videatur *Plutarchi* libellus, quem de Virtutibus Mulierum inſcripſit, ubi, quod de Germanis jamjam diximus, Celtis omnibus commune fuiſſe aſſerit. Non multum a vero abit Gallus nonnemo, qui nulla ferme in Europa majoris momenti negotia niſi Mulierum interventu geri, affirmat.

7 (*d*) Diſtinguenda omnino Mariti poteſtas a Curatoris conſenſu, vel, ut *Carpzovius* vult, auctoritate, *P. 2. conſt. 15. def. 30.* Jure Juſtinianeo præter ea, quæ naturali Jure marito competunt, & reverentiæ debitum, *L. 14. §. 1. Col. Matr. L. un. C. §. 7. de R. U. A.* umbram aliquam dominii rei dotalis, *pr. Inſt. quibus alien. licet vel non, L. 30. C. de Jur. dot.* Curamque bonorum paraphernalium, *L. ſ. C. de pact. convent. ſuper dote*, nihil poteſtatis datum. Germanorum Jure in tutela & poteſtate mariti, conſtituti uxorem, familiare eſt JCtis axioma. Vide *Colerus deciſ. 66. Carpzovius 2. 15. 19.* Effectus hujus tutelæ præcipuus & pinguior, quam ex Legum Romanarum diſpoſitione, in eo cernitur, quod Maritus ſit bonorum uxoris omnium non Curator tantum ſed & Uſufructuarius. *Colerus deciſ. 18. n. 3. ſeqq. Carpzovius 3. 25. 6.* vide tamen eundem, *P. 1. conſt. 28. def.* Unde uxori nulla alienandi facultas. *Idem 2. 15. 25.* Et tamen proſpectum uxori in eo, ut maritus ratione paraphernalium ſine cautione de

tato

rato in judicio agere non possit. *Colerus decis. 66. n. 7. Carpzovius P. 1. const. 1. def. 31. & tit. 5. Proceff. 4. 6. n. 31.* quam cautionem de rato non requirit Cameræ Imperii Judicium, si bona marito sunt tradita, teste *Mynsing. Observ. 53. Meisbnero Volum. 4. decis. 36. n. 4. seq.* Omnia hæc si mulier sit innupta, aliter 8
sese habent. Maritus tutor est suæ utilitatis causa, cui & renunciare potest, *Huberus Prælect. tit. π. de tutel. §. 8.* Curator alieno adest negotio. Hic solennitatis tantum gratia adest, ille actum dissensu invalidum reddere sua potest autoritate. Potest aliquis esse plurium fœminarum Curator, sed non maritus. An & actricis & reæ? Affirmat *Lynckerus*, sine vitio prævaricationis, *decis. 512.* Conveniunt utraque tutela Mariti & Curatoris in eo, quod in causis mere personalibus quales sunt delicta, & ubi ex re venit obligatio, ea non sit opus, nec in ultimis voluntatibus. Vide *Huberus dict. loco n. 17. Schilterus Exerc. 43. §. 31.* Neque etiam Curatoris necessarius Consensus ad Sponsalia contrahenda, si fœmina parentibus sit orbata, & sufficit propinquorum pactis dotalibus subscriptio. *Carpzovius 2. 15. 11. & part. 3. const. 43. def. 9.* quod in Illustribus eo magis obtinet, quod pacta dotalia ab agnatis Successoribus fieri oporteat. Neque Maritus neque Curator intervenire possunt negotio, quod ipsos specialim tangit, adeo ut alio opus sit Curatore, *Richterus d. 27. n. 21.*

(e) Vide *Carpzovius p. 2. const. XV. def. 9. Lynckerus Dicis. 797. Stryckius de Tutela Materna Principum cap. 3. §. 16*

(f) Ratio differentiæ nulla locum habere potest: quemadmodum enim a potentia ad 9
actum non valet consequentia, ita non sequitur: Capax est regalium jurium, ergo omni illo jure utitur, quæ habet regalia possidens.

(g) De Jure Saxonico diximus paulo ante, quo & uti illustres personas ex Saxonica 10
familia in suis causis, nullum est dubium, & sæpe ita consultum memini. Loquitur etiam lex pragmatica familiæ Saxonicæ: Der Naumburgische Vertrag Anno 1554. §. Ob irgend Artickel vorfielen, die sich in die Sächsischen Recht in der Haupt-Sachen ziehen thäten, darinn soll demselben Sächsischen Recht nach gesprochen werden.

(h) Pariter Jure Saxonico Electorali, ut antea dictum. Saxonico Jure uti illustres fa- 11
milias cum sit certum, quæri posset, an communi an Electorali? De Electorali Jure, id ab Electore suæ familiæ datum esse, quo uterentur cum subditis, inauditum est. Commune Jus non lege aliqua constitutum, sed pactis Saxoniæ gentis introductum esse novimus. Ergo si casus existeret, quo Princeps fœmina ex Electorali stirpe actum aliquem extrajudicialem celebrasset sine Curatore, valiturum eum esse persuasus sum, donec aliud fuerim edoctus. Quid si renunciaverit v. g. hæreditati, præsente parente, agnatis, Consiliariis? Actum judicialem esse existimo, quem certe non Locus judicii, sed ipsa actus qualitas & personarum, quarum est jurisdictio vel proprio vel delegato Jure, præsentia, talem efficit, cui tutius adhibebitur Curator.

(i) *Colerus Decis. 12. n. 35. Berl. P. 2. Conclus. 17.*

(k) An Jure minorum utatur mulier, quæritur? Multi sunt, qui affirmant. Neque 12
distinguit *Schilterus Exerc. 37. §. 243.* Si verum esset, restituenda foret mulier læsa, etiam contra actum cum Curatore gestum, *per L. 16. pr. π. de Minor.* Sed cui bono tum esset Legislatio de adhibendo Curatore. An forte ne Judiciis hibus onerentur præter necessitatem, id quod evitari posset Curatoris consilio

lio non neglecto? An ad differentiam Juris civilis ſtabiliendam inter actus, qui ipſo Jure ſunt invalidi, & qui per reſtitutionem reſcinduntur, brevius: inter remedia ordinaria & extraordinaria. Quæ diſtinctio eum habet uſum in foro, ne quis per malitiam ad fidem fallendam incitatus, vitium aliquod pacti prætexat, ſed cognitionem & ſententiam Judicis expectet. Vide tamen, quæ diſſerit *Thomaſius de Uſu SCti Vellej.* §. *XV.* Rectius dicemus: A minoribus ad mulieres non valere illationem. Hæ non alia ex cauſa reſtituuntur quam majores, *Mevius 1. Deciſ. 133. A. Fab. L. 4. C. 1. 21. def. 4.* niſi forte ob lapſum fatalium, *Mevius 1. Deciſ. 128.* & ne hoc quidem locum habebit, ſi Curatore prudente fuerit uſa, *juxta Lynckerum Deciſ. 122.*

& 453.

PARS

PARS II.

DE

JVRE FOEMINARVM ILLVSTRIVM QVOAD RES.

§. I.

SIngularia Illuſtrium Fœminarum dum tradimus, non excludimus ea, 1
quæ communi jure, cum omnibus hominibus, tum fœmineo ſexui in genere competunt. Gaudent plerumque iisdem cum maſculis Juribus, in illis præcipue, quæ ex rationis communis dictamine deducuntur. Et cum illuſtrium Jura peculiaria inquirere ſtudemus, in cæteris pari Jure cum aliis fœminis cenſeri exiſtimamus.

§. II.

Hnic itaque Parti dabimus capita duo, quorum prius Jura exponet, 2
quæ matrimonii reſpectum non habent: Poſterius, quæ habent. Illa in actibus negotiisque, quæ ut loquuntur JCti, vel inter vivos geruntur, vel mortis cauſa.

CAPVT PRIMVM.

§. III.

DE modis adquirendi Dominium aliaque Jura, de obligationibus, con- 1
tractibus, ceterisque, quæ inter vivos fieri dicuntur negotiis, ſi diſquiramus; pauca ſunt, ubi diverſitas aliqua illuſtrium a reliquis fœminis depre-

deprehendatur. Regulariter enim in hiſce negotiis privatorum Jure etiam Illuſtres perſonæ utuntur, niſi quod in fœminis, quæ Regalia exercent, diverſum quid exigat eminens, qua pollent, auctoritas. Obſervamus hoc ſpeciatim circa Uſum *SCti Vellejani* (*a*) & debita cum limitatione circa ſolennia *Donationum.* (*b*)

2 (*a*) An ergo SCti Vellejani exceptione illuſtres fœminæ intercedentes tueri ſeſe non poterunt? Facilis eſt Reſponſio, ſi exiguum uſum hujus ex Lege Romanorum civili deſumti
3 effugii ſupponamus. Non opus fuiſſe Germanis iſto remedio, ſufficiente generali Reſtitutionis in integrum beneficio, *Thomaſius de Uſu Scti Vellejani* §. 6. tradit, rejecto *Carpzovio p. 2. Conſt. 15. def. 33.* Receptum tamen fuiſſe tanquam pinguius remedium, cumprimis ſi mulier excuſſionis beneficio renunciaſſet, §. 8. Uſum autem Scti Univerſalem non eſſe, neque ea lege peculiari circa negotia fidejuſſoria, in quibus fœminæ non magis quam maſculi decipi aut damno affici poſſint, fuiſſe opus, præſertim cum ſatis aſtutæ ſint fœminæ ad illos decipiendos. Commercia etiam tali lege, qua fiducia creditorum minuatur, non promoveri, §. 10. adde *Mynſing. I. Obſerv. 20. Mevium J. L. I. 5. 7. num. 22.* & *tit. 10.* ubi, quæ uſum SCti tollunt, ſtatuta laudantur. Deinde invita Jurisprudentia Romana ab interpretibus admiſſam fuiſſe renuntiationem luculenter probat *d. l. Thomaſius* §. *17. ſeq.* concludens: aut nullum eſſe debere SCti Vellej. uſum, aut renuntiationes (unico tantùm tutelæ caſu excepto §. 19.) non permitti §. 35.

4 Quid igitur dicemus? Illuſtres fœminas Germani cum ad officia virilia admiſerint, horum adminiſtratione quando gaudent, ab interceſſione non prohiberi, adeoque SCti exceptione tutas non fore, conſenſus eſt JCtorum communis, vide *Lauterb. Comp. Jur. de SCto Vellej. Schilterus Exerc. 28.* §. *6.* Quæ Regalia & Jurisdictionalia non ha-
5 bent, eodem cum aliis fœminis Jure utentur, hoc eſt, rariſſime exceptione SCti defendentur, cum vel ipſæ fidei datæ memores, damnum pati, qui eam ſuit ſecutus, mentì generoſæ adverſum putent, vel ſi renunciationum cautelis in foro uſitatis conſtringantur a cauto creditore. Conf. *Carpzovius de Jure fœm. decad. 4. poſ. 7. & p. 2. C. 16. d. 4. Gail. 2. Obſerv. 59.*

De illo SCti Vellejani uſu non opus eſt dicere, quem imperiti formularum ſectatores ſuum faciunt, omnibus ferme contractibus fœminarum renunciationem SCti in-
6 ſerentes, etiamſi ad fidejuſſionem reſpectum habeant nullum. Abuſus iſte magis quam uſus in Renuntiationibus, quas filiæ illuſtres dote accepta facere ſolent, locum etiam occupavit teſtantibus exemplis recentioribus in Appendice. Vitio haut dubie eorum, quibus major negotii jurisque quam formulæ cura eſſet debebat.

7 (*b*) In DONATIONIBVS, quas fœminæ illuſtres faciunt, par erit cum maribus conditio, neque ab inſinuationis neceſſitate fore immunes, docet *Lynckerus de Libertat. Stat. Sect. 3. Membr. I. §. 8. Membr. 2. §. 4.* quod ita accipio, ſi quæſtio ſit de donatione
8 Principum facta perſonæ æquali aut non ſubjectæ: hoc caſu non magis habere locum inſinuationem, quam ſi ab Imperatore fiat, verum puto, conf. quæ tradit *Merkelbach Conſil. 102. num. 105. quod extat Volum. III. Collectionis Klokianæ.* De hac ſpecie donationis, non de illa intelligo *Carpzovium 2. 16. 6. Stryckium de Jur. Allodial. princ. cap. 5. n. 37. ſeq.*

§. IV.

1 Si de *Teſtamentis* a fœminis illuſtribus condendis, donationibus mortis cauſa faciendis, vel de hæreditate ex teſtamento adquirenda ſit quæſtio, Juris communis diſpoſitione æque ac Principes viri tenebuntur (*a*) porro ubicunque circa adquiſitionem ex teſtamento vel ab inteſtato ſexus aliquod impedimentum habet vel non habet, vix eſt, ut diſpar ab aliis

fœminis

fœminis illuſtrium ſit conditio. Niſi in eo quærere velis differentiam, quod inter illuſtres Germaniæ familias facilius quam inter privatos admittantur, ex ſententia JCtorum, etſi varie ſentientium, de ſucceſſione conventiones: (*b*) ſed hoc cum viris commune foret fœminis, de quarum Jure nobis videndum.

(*a*) Vide omnino *Lynker. Tract. de Libert. Stat. ſect. 3. memb. 2. §. 4.* ubi contra *Schraderum de Feudis Part. X. Sect. I. num. 36.* aliosque hanc ſententiam rationibus & præjudiciis firmat. Add. *dict. Conſil. Merckelb. num. 97.* & quæ nos *in Tractatu de Introduct. Jur. Primogenit. part. ſpecial. Aphoriſm. XIV. diximus.* Veriorem eſſe ſententiam contrariam rationemque ab *Ittero* allatam *de Feud. Imp. c. 16. §. 8.* quod ſcil. Principes in teſtamentis pro privatis habeantur, male huc applicari, arbitratur *Tiraus ſpec. Jur. publ. L. 4. 4. c. §. 44.* Sed tamen contrarium ex iis, quæ *Lib. I. c. I.* docet, non probatur, neque uſus quotidianus, quem in doctrina Juris conſulere oportet, refellitur. vide *Eyben. de Teſtament. Princip. ubi §. 18. 19.* utriusque ſententiæ rationibus adductis ad noſtram propendet. 2

(*b*) Pacta ſucceſſoria Jure Romano adeo invalida dicunt JCti, ut neque *poſitiva* de hæreditate noſtra in alium transferenda *L. 19. C. de Pact.* etiamſi ex cauſa Dotis, Donationis mortis cauſa, *L. 5. C. de Pact. Conv. dict. L. 19. C. de pactis.* Transactionis, *L. 25. C. de Tranſact.* vel *Reciproca*, vel per modum *Contractus* inita fuerint, *arg. L. 52. §. 9. pro ſocio Carpzov. 5. R. 5.* effectum ullum Juris habeant, adeoque nec Jurejurando firmari poſſint, tanquam de re illicita præſtita, vid. *Betſium de pact. famil. illuſtr. cap. 5. §. 8. ſeqq. Carpzov. 6. Reſp. 4.* Diſſentiente *Mevio Conſil. 87. num. 43.* nam minus recte inferri a validitate Jurisjurandi renunciativi ex *cap. quamvis de pactis in Vto* ad alia tradit *Lyncker. in Comm. ad tit. de pact. §. X.* Neque etiam *negativa* licita eſſe pacta de hæreditate aliena, quæ *conſervativa* dici ſolent, quia a diſpoſitivis parum vel nihil diſcrepent, contra *Heigium*, *Carpzovium*, *Richterum* (quorum præjudicia aliis inſiſtant rationibus) *ex lege 15. Cod. de pact.* idem *Lynck.* docet *d. l. pag. 374.* Porro & *acquiſitiva* pacta tertii cujusdam hæreditatis improbari per *l. f. C. de pact.* niſi hic conſentiat; Et tamen nec ita deferri hæreditatem paciſcentibus vi pacti, ſed ut lege adquirant ſucceſſionem fore neceſſe, integrum enim eſſe tertio revocato conſenſu pactum reddere irritum *d. l. f. C. de pact.* vid. *Kellenbenz. de Renunc. quæſt. 31. num. 9. Conſil. Michaelis apud Klock. Volum. 3. Conſil. 34.* quod totum pro nullitate pacti de hæreditate tertii pugnat. Tandem & pacta, quibus hæreditati *renunciatur*, invalida pronunciari *l. f. π. de ſuis & legit. hared. l. 3. C. de Collat. Hartm. Piſtor. L. 4. qu. 5.* Sed cum prohibitio hæc tantum civilis ſit, in qua rationes naturales, ut in ſpeciebus prioribus, non militent, hinc admiſſum eſſe, ut accedente Jurejurando nullitas tollatur, *Carpzov. p. 2. Conſt. 35. def. 6. 7. 8. Brunnem. 3. deciſ. 98.* tradunt. Majorem ſane fidem virili ſexui attribuiſſe oportet Saxones, quod injuratam renunciationem filiorum, modo judicialiter fiat, firmam pronuncient, filiarum non niſi juratam, vide *Carpzov. d. l. & def. 8. Richter. deciſ 69. num. 7. ſeqq.* Hæc ex Romanarum legum vel verbis vel interpretum ſententia adferenda putavi. 3 4 5 6 7

Laudem deductarum rationum hujus legislationis præ aliis refert *H. Piſtoris l. 4. q. 1. ſeqq. a Schilter Praxi Jur. Rom. Exerc. VIII. §. 35. ſeq.* quarum *prima* huc redit: quod pacta de hæreditate bonis moribus ſint adverſa, mortis alienæ votum continentia vel certe præbentia ad ejusmodi votum occaſionem. *Altera*: quod certos modos oportuerit eſſe in Republica, quibus hæreditas deferretur, quos Jurispublici eſſe voluerint Romani, *L. 3. qui teſtam. facere poſſunt*, privatorum pactis non ſubjectos *l. 52. de pact. Tertia*: quod libertatem teſtandi, eximii Juris Quiritarii privilegium, impedirent. Ad *primam* quod attinet, idem *Schilterus §. 37.* civilem eſſe tantum præſumtionem dolı & inſidiarum, minime naturalem, neque adeo bonis moribus in univerſum adverſari ejusmodi pacta docet. 8 9

Sane, ſi naturalis ineſſet turpitudo negotiis, quæ ſpem faciunt adquirendi alterius bona, non admittenda fuiſſet Jure Romano conventio de bonis etiam futuris, ſingulari 10

titulo adquirendis *L. 11. C. de Contrab. ſtipul. L. un. C. ut actio ab hared. & contra hat.* Quem adquirendi modum approbant *Gail. 2. Obſervat. 126. num. 7. Hartm. Piſt. 4. quaſt. 3. Richter. deciſ. 26. Carpzov. 2. conſt. 35. def. 1. Lyncker. Comment. ad tit. ff. de pact. pag. 370.* & in Reſponſis *Reſp. XXI.* ubi conventionem etiam de omnibus bonis validam pronunciat, ſi caveatur, per contractum fieri, non per pactum ſucceſſorium, adde *Reſp. CXXXIV. & deciſ. 376. Struv. deciſ. Sabbathin. 18.* Elegans eſt obſervatio huc faciens *H. ab Eyben ad Inſtitut. Lib. 3. Obſ. 3. disquiſ. XVI.* Non potuiſſet conſenſu ſuperioris pactum tale ſuſtineri, quod tamen admittunt JCti, cumprimis, quando de principum pactis ſucceſſoriis loquuntur *Carpzov. de pact. ſucceſſ. cap. 3. Ludwig.* Preußiſch-Neuburg *pag. 220.* Non potuiſſet Jure Romano etiam conſenſus tertii pacto addere firmitatem *L. f. C. de pact.* nam quod reſpondetur, integrum eſſe tertio mutare ſententiam, id *dicta Lege fin.* quidem probatur, ſed non ſequitur conſenſum tertii (cujus etiam nihil intereſt, nam mortuo eo velle amplius non poteſt) negotium quod ſua natura bonis moribus repugnat, reddere melius moratum. Non potuiſſet, inquam, militibus indulgeri exemtio *L. 19. C. de pact.* Militiæ enim eum eſſe favorem, ut etiam bonos mores & naturæ Leges migrare militibus permittatur, elegans foret, ſi diis placet, Juris axioma. Non debuiſſet tandem herediperis, hominibus avaris, male moratis, ſi non Juridice, tamen Philoſophice, clypeus præberi *L. 22. C. de teſtam. L. ult. C. ſi quis aliquem teſtari prohib.* vide *diſſert. Thomaſianam de Jure injuſto haredipet. §. 24. 25.* tantum abeſt ut prohibitione iſta, ne pacta fierent de futura ſucceſſione, captationibus hæreditatum obicem poſuerit Jus Romanum, conf. *Titium ad Lauterbach. Obſerv. 774. num. 1.* Nititur itaque prima cauſa ratione dicam, an ſubtiliate mere civili, aut etiam naturali. Sed naturalem non reſpexiſſe leges Juſtinianeas ex jam dictis liquet, ergo ſola erat Civilis, *Hereditatis*, tantum nomen in pactis abhorrens, cum alia negotia, quæ voto mortis occaſionem æque præbere poſſunt non prohiberentur, vide *Kellenbenz de Renunciat. quaſt. XV. num. 15. ſeqq.* Unde & tolli poſſe ſtatuto diſpoſitionem legis hujus prohibentis JCti facile largiuntur, *Merckelbach Conſil. 102. num. 56. Volum. 3. Klockii.* De Germanorum moribus mox videbimus.

11 *Altera ratio* aperte civilis eſt Romanæ Reipublicæ, non tamen ea, quod ex pacto non daretur actio, ut *Schilterus dicto loco* ratiocinatur, nam nec ſtipulatione hæreditas deferri poterat, *L. 32. §. 9. pro ſocio*, nec alio contractu *L. in fine C. de pact. H. Piſt. 4. quæſt. 2. num. 41.* Sed ut recte *Bachov. ad Treutl. Volum. 1. diſp. 6. th. 9.* quod, ſicut certi ſunt Jure Romano adquirendi modi dominii & obligationis, ita & conſequendæ hæreditatis, videlicet Lex & teſtamentum, neque idcirco cautiones privatorum legum auctoritate cenſeri *L. fin. ff. de ſuis & legit. hared.*

12 *Tertia ratio*, ne libertas teſtandi impediretur, non magis a naturali dictamine poteſt deduci. Succeſſionis teſtamentariæ originem non eſſe a jure naturæ præcipiente, neque dictum ſcripturæ *Eſaiæ cap. 38. v. 1.* ut *Pufendorfio* viſum fuit, *J. N. G. L. 4. c. 10. §. 4.* de teſtamento loqui: Dominii etiam vim ad translationem juris, quod quis habere deſinit, extendi parum convenienter: falſam porro eſſe hypotheſin, quæ ſucceſſionem legitimam ex præſumta defuncti voluntate deducit: originem teſtamentorum inventum eſſe Romanorum jam ante XII. Tabb. leges ufitatum, aliarum gentium moribus, Germanorum præcipue, vide *Tacit. de M. G. cap. 20.* longe poſtponendum: *tribus diſſertationibus* lectu dignitſimis oſtendit *Thomaſius*, prima, *de Origine ſucceſſ. teſtament*; altera, *de ſucceſſ. teſtament. primis initiis apud Romanos*, tertia, *de Senſu Legis decem viralis apud Romanos*, junge *Schilter. Exercitat. 8. §. 39.* & *Ludwig* Preußiſch-Neuburg *pag. 215.* Unde & tolli poſſe ab imperante vel ſtatuto facultatem teſtandi tradunt JCti, *Coccej. de Teſtament. Princip. part. ſpecial. §. 42.* neque id Romano Juri repugnat, quo cum publici Juris ſit teſtamenti factio, publice Jure etiam poterit tolli. *Stockius Conſil. 1. num. 181.* Nemo tumultuari debet, verba ſunt *Zaſii 2. Conſil. 1. num. 44.* ſi teſtamenti factio in Familiis Principum penitus eſt ſublata, vide *infr. §. XV.* Sit ergo civilis tantum ratio, quæ pacta ſucceſſoria fieri prohibet, quid inde? Nonne receptum eſſe Jus Romanum in Germania ſufficiet? Diximus in procemio, ſequenda eſſe Jura Romana, niſi de conſuetudine contraria certis conſtet argumentis.

13

mentis. Conſtare autem quomodo poterit, niſi teſtimoniis JCtorum in ſummis Germaniæ judiciis diverſis ſeculis celebrium. Jam vero pactis hæreditates more Germa- 14
norum deferri teſtes ſunt locupletes *Zaſius Lib. 1. Conſil. 3. & 2. Conſil. 1. num. 33. ſeqq. Gailius 2. Obſervat. 127. Mynſingerus 2. Obſervat. 83. Eybenius Elect. feudal. cap. 6. §. 4. 6. & ad Perezium in Cod. tit. de pact. num. 17. Mevius 3. deciſ. 270.* Ille, Imperatoris Cancellarius, Iſti, Cameræ Imperii Adſeſſores celeberrimi; Hic, ſummi Tribunalis Wismarienſis Præſes. Neque deſunt alii e præcipuis Germaniæ JCtis *Joh. Stukius Conſil. 1, num. 41. 55. 191. Lauterbachius tit. π. de pact. in O. Thom. Michaelis Conſil. 123. num. 149. quod in Klockianis extat Volum. 3.* ipſe *Klockius Conſil. 108. num. 24. Conſil. 114. num. 50. 216. Andr. Gerhardus Scabinatus Coburg. olim Ordinarius, in Reſponſo elaboratiſſimo, quod extat in Leuchtii Addit. ad Dalnerum de Renunciat. Stryckius uſu Moderno tit. π. de pact. Betſius de pact. famil. illuſtr. cap. 5. §. 26.* Addamus & Saxonicos *Colerum deciſ. 37. ſeq. Heigium quæſt. 23. part. 1. Richter. deciſ. 26. n. 35. Carpzovium 2. Conſt. 35. def. 25. Lynckerum deciſ. 941. Schilterum Exerc. 8. §. 30. ſeq.* qui etiam nullam dari poſſe rationem firmam, tradit §. 38. cur a Principum & Illuſtrium Perſonarum jure, privatorum jura ſint ſeparanda.

Enimvero, ut & noſtram addamus ſymbolam, de una alterave ſpecie pactorum, etſi 15
dubius non ſit JCtorum conſenſus, de omnibus tamen, an idem ſit ſentiendum, non conſpirant. Pacta certe dotalia non aliter quam ultimæ voluntatis jure valere, hoc eſt, eſſe revocabilia de ſuo foro teſtatur *Huberus Prælect. ad tit. π. de pact. dotal.* adde *Lynckerum Reſponſ. 134.* Et quod valere diſpoſitionem de parte bonorum vel etiam, ut ſupra ex *Reſponſo Lynckeriano XXI.* retulimus, de omnibus bonis, mediante contractu, nulla hæreditatis facta mentione, docent probatiſſimi JCti: Hoc alii ita explicant, ut ultimæ voluntatis jure ſuſtineatur perinde, ut militibus datum eſt privilegium *L. 19. C. de pact.* Adeoque ſi in eadem voluntate perſeveret uterque contrahentium usque ad vitæ exitum, habiturum ſit effectum tale pactum ita, ut ab hærede defuncti paciſcentis expectandum ſit implementum, ſi non perſeveret, ex pacto etiam nullam datum iri actionem, vide *Jo. Torre de pact. futur. ſucceſſ. Libr. 1. cap. 4. & cap. 13. 14. 15. ſeqq.* Theoria ſane eſt admodum ſubtilis, vix comprehendenda ab iis, qui fide ſua niti alios exoptant, & ipſi alterius fide nituntur, vide *Titium ad Lauterb. Obſerv. 774. num. 2. 3. in f.* ubi comparatio cum verbis Lutheri ap. *Carpz. in Jurispr. Conſiſtorial. L. 1. def. 18. n. 4.* Jure militari pactos fuiſſe Principes confraternitatem incuntes, ipſimet expreſſis verbis teſtantur in confœderationis tabulis, quis auderet affirmare, integrum eſſe alteri parti ab ea pactione recedere? Et tamen ipſe *Schilterus*, cum multa pro adſerenda conſuetudine Germaniæ diſſeruiſſet, tandem §. 41. cautelam ſuadet, ut pacto ſucceſſorio addatur, valiturum in vim ultimæ voluntatis, h. e. tolli poſſe pro lubitu paciſcentis, perinde ut teſtamenta conjugum reciproca, de quibus *Lynckerus Diſſ. de Beneplacito Sect. 2. cap. 2. §. 4.* Tantam ſcilicet vim habet in Germania diſſenſus JCtorum, ut in media veritatis luce cautela opus ſit, ne cui ſimus offendiculo? Uſum & obſervantiam contradicto Judicio firmatam, qua ſucceſſoria 16
pacta inter Principes (diverſa ab iis, quæ inter privatos una alterave ſpecie valere conſuetudo effecerit irrefragabilis) fuerint introducta, oſtendi non poſſe: Illud ſaltem pactis licite ſtatui, ne bona extra familiam alienentur: Et quoties periculum ſit, ne incidat pactum in prohibitionem Juris communis, peti tutius confirmationem Cæſaream: Adeoque hac non impetrata, alterum ex paciſcentibus, multo magis hæredem pacto tali non teneri: Niſi pacta alicubi ſtatuto & conſuetudine familiæ invaluerint, tunc ex diverſo fonte ſubſiſtere: docet Illuſtr. *Lyncker. de libertate ſtat. ſect. 3. membr. 2. §. 4.* Nos etiam diverſorum meminimus pactorum inter Illuſtres de hæreditate initorum, quæ deficiente confirmatione Cæſarea effectu caruere, cum altera pars exiſtente caſu in Juſtinianeo Jure quæreret effugium occaſionemque occupandæ poſſeſſionis præripuiſſet. Quæ de *confirmatione* pactorum jam adducta ſunt, ad ea confer *Lynckerianas deciſiones 604. & 764.* & quæ diſſerit & recenſet Auctor *Elector. Juris publici Tom. II. ſect. I. num 2.*

CONFRATERNITATES Illuſtrium ſine Cæſarea confirmatione vim non habere, 17
certum eſt, vid. *Lyncker. d. l. p. 74. de Saxonica & Haſſiaca*, quod confirmata ſit,

nemo dubitat. De ea, quam *Saxonica, Brandenburgica & Haſſiaca* familiæ iniere Anno 1614. (cujus hiſtoriam recenſet *Bodinus* peculiari *diſſertat. de pacto confraternit. Saxonico, Brandenburg. & Haſſiaco* §. 7. *ſeqq.*) dubitatum fuit auctore *Lyncker in Commentat. ad Capitul. art. 6.* ſub voce: *Confraternitates*, ſed vide *Rhet. lib. 1. Juris publici tit. 7. §. 17. Limn. A. B. c. 7. §. 3. Obſervat. 8. & Juris publici Tom. 2. addit. ad lib. 4. c. 4. Eybenium Elect. Feudal. cap. VI. §. 4. inf. Hertium de ſuper. territ. §. 66.* adde *Capitul. Leopold. artic. 6. Joſephi art. 3. & 6. Bodinus diſſ. diſſert. §. XIV.* Certe ut ipſi paciſcentes dubium ea de re ſibi moveant, cauſam non video.

§. V.

1 Fœminarum ſucceſſionem mediæ ætatis moribus admodum fuiſſe inter Germanos reſtrictam, in Feudis (*a*) nullam, in Allodiis (*b*) nonniſi deficientibus maſculis, nec niſi in linea recta, & collateralis lineæ gradu primo habuiſſe locum, ex antiquiſſimis patriæ legibus probatur. (*c*) Id quod ad Reipublicæ utilitatem, cujus intereſt maxime familiæ uniuscujusque ſplendorem fortunasque integras conſervari potius quam diſtrahi, ratione naturali non adverſante receptum eſſe, oſtendere voluit inter alios peculiari ſtudio *Paganinus Gaudentius*, Theologus & JCtus
2 Piſanus Anno 1639. (*d*) Factum deinde, recepto in Germania Jure tum Pontificio tum Juſtinianeo, ut major eſſet erga fœminas indulgentia, (*e*) ratione naturali æque non invita, favore etiam ſexui non invidendo.

3 (*a*) Originem Feudorum Franciæ Regibus antiquiſſimis deberi, rationibus haud levibus, probavit nuperrime Auctor *diſſ. de Originibus Feudalibus* ſub præſidio *Thomaſiano* habitæ. Qui & cauſam introductorum Feudorum non ſolam nec primariam fuiſſe militiam, præmiaque militibus tribuenda (qui finis alia etiam ratione potuerit obtineri) ſed quo facilius & absque violentia populis libertate adſuetis imperarent, vero ſimiliter judicat §. *XIII.* Incepiſſe feuda non niſi in rebus immobilibus, mobiles res naturæ feudorum adverſari, §. *I. lit. f.* deducit, data autem fuiſſe antiquitus feuda ſine reſtrictione certa temporis, ad poſteros non transmiſſa, viventibus nonniſi ob male geſta, qua in re tamen ad ordinem judiciorum Reges ſeſe non adſtrinxerint, ademta, cœpiſſe deinde ad filios transmitti in Francia tempore Pipini, in Germania ſub Ottonibus, *ex Spelmanni Gloſſario* refert §. *16. tit. I.* Ex ipſa igitur rei natura patet, fœminis ad feuda, quæ officiis tum militaribus tum Aulæ erant conjuncta, aditum dari non potuiſſe, cum ab hisce excluderentur.

4 (*b*) Veteres Germani luxui non dediti neque aurum argentumque ſitientes, prædia habebant, ut plurimum ruri, *nobilia* partim, partim *ignobilia*, ſeu ut medio ævo exprimebatur, *Villana*, ab omni tamen dominio alieno & ſervitio, etſi non ab imperio Civili libera. Hæc dicebantur *Allodia*, vocabulo ſicut ipſa, quam denotat, re, ante uſum feudorum uſitato, denotante non ſolum paternam ſive avitam hæreditatem, ſed latiori ſignificatione omnem poſſeſſionem, quæ hæreditario jure transferri poſſet, non immobiles tantum res, ſed etiam mobiles, ſcilicet immobilium acceſſiones. Suppellectili enim ampliſſimæ & luxurianti, quam Galli *Meubles* vocant, priſca parſimonia non ſtudebat. Hæc ex Germanorum legibus antiquis ita ſe habere oſtendit *Thomaſ. in Select. Capit. Hiſtor. Jur. Feud. §. 4. ſeqq.* confer. *Eybenium in Elect. Feudal. cap. 10. §. 14. Diſſert. de feudo ſolari priore pag. 650. & poſter. §. XI.* Aliter *Cocceji*, qui Allodialia bona non niſi *avita* dici legibus antiquis, & qualitatem eſſe bonis procerum Imperii adhærentem, docet, ut probaret in ſucceſſione allodiorum mares præferri fœminis. *Hypomn. Jur. Feud. tit. 1. §. 2. ſeq.* Incongrue autem a *Schiltero comment. J. Feud. Aleman. cap. 64.* quem ego ſecutus ſum *in Tractat. de Introduct. Jur. Primogenit. part. ſpec. §. 6. num. 13.* vocem *Allodii* generis loco conſtitui, cujus ſpecies ſint Allodialia

Allodialia & Feudalia, *Thomaſ.* ibidem commonſtrat, vide plenius *Struvium in Diſſert. de Allodiis Imperii* §. 2. *ſeq.* ubi §. 7. Allodium a *terra Salica* diſtinguit.

(c) Quas ex Lindenbrogio adducit *Thomaſ. d. l.* §. 17. & §. 22. *lit. m.* communi etiam totius fere Europæ, Aſiæ, Africæ conſuetudine fœminas, accepta dote, excluſas fuiſſe a ſucceſſione, ex iis, quæ habet *Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſ. 8. c. 11.* §. 14. & *Schilt. Exerc. 41.* §. 55. vero ſit ſimile. 5 Quæ autem de origine Salicæ legis aliqui narrant: 6 *Lettres hiſtoriques de Madame C. Tom. 2. lettre 38.* Le premier Prince du Sang, qui qui pretendoit être preferé à la fille du Roy eut ſoin de mettre dans ſes interêts un grand Predicateur de ce tems là, c' eſtoit l' Eveque d' Amiens, ce Prelat prechant devant ceux, qui devoient decider de ce different, prit ſon texte ſur ces paroles: *Les Lis ne travaillent ni ne filent*, & prouva par bons argumens que puisque Dieu decidoit que les Lis ne filoient point, on ne pouvoit ſans crime les faire tomber en quenouille. Ainſi on decida en faveur du Parent au prejudice de la propre fille, & voila l' origine de la loy ſalique en France. N' eſt ce pas quelque choſe de beau! cum hiſtoriarum monumentis omnino non conveniunt. Quis enim Proceres adeo ſpectabiles Regni Franciæ ita ineptiviſſe crederet. Confer *Cocceji Orat. de L. ſalica pag. 6. ſeq.* Totius Legis contextus aliud teſtatur; vide *Thomaſ. d. l.* Inſignium regni Franciæ trium Liliorum originem facilius huc referre poſſes, quam cum Legis ſalicæ origine nonniſi imprudens confundet. vide *Becmann. notit. Orb. Terrar. part. 2. c. 3.* §. 6. & *Schilterum de Feudis Juris Francici* §. 9. ubi ſalicam ſpeciem vel partem Juris Francorum eſſe demonſtrat legem.

(d) In exercitatione de *Lege, qua fœminas a ſucceſſione repellit.* 7 Add. *Thomaſ. in Select. Feud. diſſ. de uſu libri veteris de beneficiis.* §. 23. *pag. 321. ſeq.* Quod autem repugnare rationi ſucceſſionem fœminarum tradit *Paganinus cap. 12.* in eo falli cum exiſtimo, neque enim ex eo, quod iniqua non ſit excluſio, ſequitur iniquum eſſe, ſi non excludantur. Ad ea, quæ de *Voconia Legis* æquitate diſſerit, *cap. 3.* reponi poſſet, non tam juſtitiæ & æquitatis ſtudio, quam odio ſexus permotum fuiſſe Catonem ad rogandum plebiſcitum. vide *Gravinam de Orig. Jur. Rom. L. 3. num. 76. pag. m. 635.* Deinde non in totum fœminæ plebiſcito excludebantur, ſed illud tantum cavebatur, ne aliæ præter conſanguineas ſuccederent. *Gravin. d. loc.* male etiam Juſtinianus novitatis acculatur a *Paganino cap. 14. ſeq.* cum jam XII. Tab. legibus admitterentur fœminæ promiſcue, vide *Hottomanni Anti-Tribonian. cap. 6.* Ratio legis Voconiæ erat, ne impotentia muliebris animi elata divitiis, nimia ſuperbia, & opibus, viros opprimerent: Periculum hoc Juſtiniani legislatione eſſe reductum, nondum probavit *Paganinus.*

(e) Æquitatem cerebrinam Papalem vocat *Thomaſ. Hiſtor. Jur. Feud.* §. 22. ubi ex *Pithei Gloſſario ad L. Salic. & Baluz. Tom. II. pag. 703.* Epiſtolam Johannis VIII. Papæ adducit, cujus verba: *Proprietates, quas vos Allodium dicitis, filiabus eorum haeredibus reſtituatis.* 8

§. VI.

Utimur itaque eo Jure, ut in Feudis, quæ *propria* dicuntur, Fœminarum ſit ſucceſſio nulla. (a) In iis, quæ *impropria* vocantur, eſt autem non unius generis improprietas, (b) non admittantur magis, niſi ſit Fœmineum (c) aut pacto expreſſe, vel moribus aliud introductum, eaque conſuetudo ſufficienter ab adfirmante probata. 1

(a) *I. F. 8.* §. 2. & *II. F. 50.* Ad naturalia Feudorum id refert *Struv. J. F. cap. 2. aph. 7.* 2 *Coccejus Hypomn. J. F. Tit. 2.* §. 7. quæ a ſubſtantialibus & eſſentialibus feudi doctrinæ cauſa (an ſatis apte ad Metaphyſicorum regulas, non inquiro) diſtingui ſolent, ut *Eſſentiales* ſive conceptus primus ſit fides, cum opere innexo. *Eyben. Elect. Feud. c. XI.* §. XI. ſolam enim fidelitatem eſſentiam feudi non abſolvere, neque omnem fidelem

esse Vasallum, recte monet Dn. de *Ludwig de indole Feudorum* §. 2. *libr.* 2. *lit. K.* adde *Bergeri disput. de Nexu Jurisjur. quo fidelitas & subjectio continetur* §. 12. supra *dict. Disput. de Origin. feudal.* §. 18. *lit. e.* ubi differentiæ exponuntur fidelitatis *Vasalli*, qui jurat: treu, hold und gewärtig, alicubi etiam gehorsam zu seyn, & *subditi*, cujus juramento additur unterthänig, vide *Lyncker. de Relig. obseq.* §. *XXVII.* & *Responso 193. Eyben. Elect. Feud. c. XI.* §. *XII.* *Substantialia* essentiam veluti comitentur, ita, ut si aliquando absint, tamen eorum loco aliud quid, quod eundem habet effectum, substituatur. Ad quod hic refertur Dominum utile & res immobiles. *Naturalia* sive qualitates juris auctoritate inditæ, pactis inter Dominum & Vasallum plane queant tolli, id quod si fiat, improprietas nascatur, vide *Lynk. in Analect. ad Struv. cap. 2.* & plenius *in dissertat. de Feudo pecuniario aph. 1. 2. & 3.* 3 Non repugnabo, si ab istis terminis Philosophorum abstinere malis & dicere: In civili societate determinationem contractuum singulorum & terminorum a summæ potestatis arbitrio dependere, ita ut audito aliquo vocabulo, subditis constet, quantum liceat in negotio conceptui communi aliquid vel addere vel detrahere, non immutato vocabulo vel conceptu ejus generali. Ita vero generalis conceptus Feudi erit: *Jus circa rem alicui sub obligatione fidei & operis innexi constitutum; Eyben. Elect. Feudal. cap. 3.* §. *9. cap. XI.* §. *XI.* Specialis, omnia, quæ partim ad substantialia, partim ad naturalia referri solent, *2. F. 23.* comprehendet. Et *improprium* dicetur feudum, vel, si mavis cum *Thomasio de Feudis oblat. cap. 1.* §. *14. Irregulare*, cui ex istis aliquid deest, vel quando pactis regulari feudorum conditioni aliquid est adjectum, confer *Eybenium de Degeneratione Rer. Jur. cap. 3.* §. *5.* vide etiam, quæ notavi ad Tractat. *de Introduct. Jur. Primogenit. part. special. aphor. 3.*

4 (*b*) Feuda primitus unius tantum generis fuisse, nullas in propria & impropria, in nova & antiqua, ligia non ligia, hæreditaria, ex pacto & providentia, & quæ plures hodie dantur, distinctiones, ex Originibus feudi liquet, & exponit Auctor laudatæ *Disput.* 5 §. *21.* Mutatas autem esse varie feudorum rationes successu temporis, ipsa rerum argumenta loquuntur. Quemadmodum itaque a linea recta infinitis modis deflectere possumus: ita a regula feudorum, cum omnis Feudi constitutio hodie ex conventione pendeat, varie abire possunt Domini & Vasalli placita, vide *Thomasium de Feud. oblat. cap. 1.* §. *141.* Modos ut plurimum occurrentes exponunt in Jure Feudali *Struvius* & *Hornius* uterque *cap. 4.* qui & in eo cum aliis conveniunt, quod retineant Feuda ordinariam qualitatem in omnibus, de quibus aliter non fuerit conventum, quam regulam etiam inculcat dict. loco *Thomas.* §. 45.

6 (*c*) Omne Feudum, in quo fœmina succedit, est improprium, sed non vice versa: In omni feudo fœmineo fœminæ sunt successionis capaces, sed non omne feudum, in quo fœminæ succedere potest, est fœmineum. Fœmineum enim dicitur non, in quo fœminæ succedunt, sed quod fœmina primum adquisivit. *Struv. J. F. cap. 4.* §. *17.* 7 Porro quemadmodum non sequitur: Est fœmineum feudum, ergo fœminæ excludunt masculos, cum hi potius illas excludant in fœmineo; Ita male infertur, dicitur 8 Mann-Lehn, ergo fœminæ ad successionem pervenire nequeunt. Mann-Lehn dicitur a qualitate Vasallitica, ad distinctionem ab Allodio, ita ut Lehn-Herr & Mann sint relata & in fœminarum feudis dicitur quoque, daß das Lehen solte vermannet, h. e. verdienet werden, vide consilium in *Marpurgens. 26. num. 86. Klock. 2. Cons. 82. num. 86. Eyben. Elect. Feud. cap. 9.* §. *4.* Feuda Fuldensia etiam nonnulla dicuntur Mann-Lehn, & tamen fœminæ post masculos succedunt. *Coccej. disputat. de Feudis Fuldensibus cap. 3.* §. *5.* Imo ne quidem si dicatur, zur rechten Mann-Lehn fœminæ pro incapacibus sunt habendæ. *Eyben. Elect. Feudal. d. l. Klock. Relat. Cam. 26. numer. 10. Besold. Cons. 112. Schrader. I. Cons. 14. numer. 107. Schilter. Comm. J. E. Alem. cap. LXVII.* §. *3.* ubi exempla ejusmodi investiturarum leguntur. *Lyncker. Anal. J. F. ad. cap. 9. aph. 8. num. 11. & cap. 4. aph. 17. & Responso 186. num. 4.* Vid. supra *P. I.* §. *VII.* Cum primis si ad antiquiores literas investiturarum facta sit relatio. vid. Gegen-Bericht, daß die Grafschafft Sayn kein Chur-Pfältzisches Lehn sey, *p. 82. seqq.* Est autem inspiciendus hic usus Curiarum feudalium, vide *Coccejus Hypomn. Jur. Feud. Tit. 3.* §. *38. 39.* ubi de Curia Palatina.

A Feudo

A Feudo fœmineo differt Tochter-Lehn, ad cujus ſucceſſionem ſolæ filiæ & harum 9
liberi maſculi, excluſis collateralibus admittuntur. *Lyncker. deciſ. 36.* Ludwig, Preuſſiſch-Neuburg, *p. 208.* ubi ex *Andr. Iſernia* probat domini eſſe electionem, quam ex filiabus ad feudi ejusmodi ſucceſſionem admittere velit, ſi *filiæ* in ſingulari facta ſit mentio, de quo caſu etiam agit *Roſenthal. cap. 7. conſ. 47. Horn. J. F. c. 15. num. 6.*

§. VII.

In bonis, quæ beneficii Jure non poſſidentur, & *Allodia* appellantur, 1
regula hodie eſt inverſa, ut fœminis ſit in ſucceſſione locus regulariter, niſi probetur contra eas excluſio, lege, conſuetudine, pacto, uſu firmata, vel alia humana diſpoſitione valida. Non raro iniquitatis hasce leges, pacta, &c. accuſant fœminæ, ignorantes ſcilicet novum eſſe Jus ſuccedendi fœminarum, & contra Juris antiquioris rationem introductum, opus itaque fuiſſe, ut cum a veteri conſuetudine in judicando recederent JCti, pactis aliisque modis familiarum illuſtrium conſervationi proſpiceretur.

§. VIII.

Si non difficilior eſſet Juris ad factum applicatio, quam regularum 1
conſtructio, infinitis limbus non laboraret genus humanum, judicia multo labore forent liberata. Sed, præterquam quod vel minima circumſtantia regulam variare dicatur, ita comparata eſt Juris noſtri plurimorumque judiciorum ratio, ut larga ſit controverſiarum, cum in aliis, tum præcipue in ſucceſſionum quæſtionibus, ſeges. Nulla eſt cauſa, quæ non inveniat patronum, nulla fere ſententia, quæ JCti alicujus, imo Collegiorum auctoritate non defendatur. Diſputatur de Feudorum quali- 2
tate, de literis inveſtituræ, de pactorum vi atque interpretatione, de voluntatis præſumtione, de renuntiationum vi & efficacia, de teſtamentorum ob defectus tum facultatis tum ſolennium valore, de conſuetudine, de qualitate Allodii, de mobilibus, an immobilium, feudorum puta, aut territorii ſint acceſſiones, an libera de iis poſſeſſori ſit diſponendi facultas: Et quis infinitas, quæ in controverſiam deducuntur, & ubi diſſident JCti, ſententias enumeraret ſpeciatim? Nos ea, quæ ad ſcopum facere putamus, ſeligemus, additis nonnullis exemplis dignis notatu.

§. IX.

(I.) In Feudo conceſſo *Vaſallo & liberis, poſteris, hæredibus quibuscunque,* 1
Fœminas a ſucceſſione excludi, deficientibus etiam maſculis: hæredumque & liberorum appellationem de iis, qui ordinario Jure Feudorum ſunt capaces, accipiendam eſſe, multorum JCtorum eſt ſententia. (*a*) Id quod multo magis obtinebit, ſi literæ inveſtituræ primæ antiquiores ſint, quam Juris Juſtinianei & Canonici in Germania receptio per ea, quæ §. V. & VI. ſunt dicta, niſi conſuetudine ſequente aliud fuerit receptum.

(II.) *Hæreditarium* feudum ab eo, quod *ex pacto & providentia* dicitur, 2
aliter quam ſucceſſorum, puta agnatorum aut filiorum diverſitate diſtinctum, Feudorum Jura non agnoſcunt, nec Interpretum mirum quantum diverſæ opiniones & contrariæ (*b*) aliud evincent. Eſt igitur *hæreditarium,*

(*b*)

rium, ſi diſtinctione ea uti velis, in quo filius, nonniſi cum hæreditate paterna, *2. F. 45. Ex pacto & providentia*, in quo *Agnatus* relicta hæreditate defuncti, ſuccedit. (c) Excluſis ubique fœminis. (d)

3 (III.) Neque has admitti in Feudis, quæ *Franca* vocantur, (e) vel *Conditionata*, (f) vel *Oblata*, (g) vel *Cenſualia*, (h) vel *Emta*, (i) vel *Pignoratitia*, (k) vel *Eccleſiaſtica*, (l) niſi pactum vel conſuetudo probetur, Juri Feudorum eſt conſentaneum.

4 (IV.) Feudo dato eſt *Vaſallo & filiabus*, nepotes regulariter non admittentur, Domino etiam erit liberum, quam ex pluribus filiabus ad ſucceſſionem admittere velit. Eadem eſt ratio, quod filia ſenior extinctis maſculis ad Feudum admiſſa id non transmittat ad ſororem, niſi & huic ſpecialiter in literis inveſtituræ fuerit proſpectum. (m)

(V.) Fœmina ſemel excluſa, an perpetuo excludatur a ſucceſſione cum ſuis deſcendentibus, vexatiſſima eſt quæſtio. (n) Fundamentum dubitationis ex *1. F. tit. 6. §. 1.* petitur, in quo textu explicando alii verbis Compilatoris conſuetudinum Longobardicarum inhærent, alii æquitatem magis in conſilium vocant, & poſito, fœminas a ſucceſſione feudi alicujus non repelli, non prohiberi tradunt ſemel a maſculo excluſam, ſi deinde ſtirps maſculina defecerit. (o)

5 (VI.) In Feudis ad fœminas transeuntibus, nepos ex ſorore excludit neptem ex fratre. (p)

6 (VII.) De *Præſumtione* ſucceſſionis fœmineæ ſi ſit controverſia, regula Juris cum naturalis tum civilis: *Facta niſi urgente cauſa non præſumi*, (q) hic quoque habebit locum, tanto magis, quanto certius eſt ex inveſtituræ verbis omnem deciſionem de feudo eſſe petendam, quæ ubi obſcuritate laborant, ita interpretanda, ut a regula deflectamus quam minime. (r) Ergo, ſi præſumendum eſt aliud, maſculinum eſſe Feudum, non ad fœminas transiturum, cenſebitur. (s)

7. (VIII.) Conceſſum eſt Feudum *cum poteſtate alienandi*, ſi ad Fœminam extraneam transferre voluerit, fuerit Vaſallus, merito impugnabitur hæc translatio, niſi permiſſu Domini ſit firmata. (t)

(IX.) Aperitur Feudum Domino, quod Provinciæ Jure ad Fœminas transibat, Vaſallo nove confertur, ſi additum non eſt Jure Provinciæ, Fœminæ excludentur a ſucceſſione. (u)

(X.) Dicitur feudum olim a poſſeſſore ad fœminam teſtamento translatum: Etiamſi conſenſus Domini acceſſerit, repellentur tamen fœminæ a ſucceſſione, nec juvabuntur conſenſu Domini prima vice ſine mentione futuri temporis impertito.

8 (a) Late hoc perſequitur *Roſenthal. cap. 7. concl. 31.* Hæreditarium tamen eſſe feudum Vaſallo & hæredibus, vel hæredibus quibuscunque datum, affirmant *Gail. 2. O. 154. H. Piſtor. 2. qu. 1. Coccej. Hypomn. tit. 3. §. 25.* de qua appellatione in ſequentibus dicemus. Quanquam vero ex natura feudorum non ſit firma concluſio: Eſt hæreditarium, ergo fœminæ ſuccedunt, *Struv. cap. 4. aphoriſm. 13. num. 15.* Non deſunt tamen, quibus hæc illatio placeat, hæreditarii feudi differentiam, ea in re a feudo proprio ſtatuentibus. *Ludwel. J. F. cap. 4.* qui, etſi de filiabus non loquatur, pari tamen ratione de his verum erit, quod de extraneis hæredibus ibidem aſſerit, haud dubie contra feudalis juris analogiam. vid. *Struv. J. F. cap. 9. aph. 8. n. 12.*

(b) Quam

(b) Quam varie, confuſe & incerto judicio in hac materia verſentur interpretes, teſtimo- 9
nium præbet Conſtitutio Electoris Auguſti *Torgavienſis* Anno 1583. tit. Welcher Geſtalt die Agnaten §. . . So werden wir doch berichtet, wie ſie in dem Fall, wann in denen Lehn-Briefen derer Erben erwehnet wird, als in feudo hæreditario ganz zwieſpältiger und widerwärtiger Meynung ſeyn, indem etliche allein auf die Eigenſchafften und Proprietät des Worts Erben ſehen, und dadurch ſo weit kommen, daß ſie Krafft deſſelben den Lehn-Güthern ihre eigene Art und Natur entziehen, und faſt ein Erb-Guth vergleichen, auch aus dem Grunde dahin ſchlieſſen, daß daſſelbige die Agnaten und Lehns-Erben nicht ſollen revociren können, die andere aber und Dero nicht weniger hingegen mehr die Natur und Art eines rechten Lehns, als die Deutung des Worts Erben in acht nehmen, und damit das Lehn-Guth, ungeacht des Worts, Erben, ſeine rechte Art behalte, durch vielfältige doch ganz verwirrete Erklährung endlichen dahin ſchlieſſen, daß auch ein hæreditarium feudum, bey welches Belehnung der Erben gedacht wird, von des Lehns Erben mit gewiſſer Maſſe revociret werden könne, welchem nach gar wenig Unterſcheids zwiſchen dem feudo ex pacto hæreditario verbleiben würde. Sonderlich aber ſollen ſie in dem am meiſten zwieſpältig ſeyn, wann in den Lehn-Briefen zugleich der Söhne und auch der Erben gedacht wird, als wenn einer vor ſich und ſeine männliche Erben, oder wie gemeiniglich in unſern Landen die Lehen-Briefe lauten, für ſich und ſeine männliche Leibes-Lehns-Erben beliehen wird, indem etliche ſolches ein feudum ex pacto, die andern ein feudum hæreditarium nennen, die dritten ein feudum mixtum daraus machen wollen, und doch hierüber unter einander nicht alleine faſt ſtreitig, ſondern auch ihnen offtmahls ſelbſt widerwärtig ſeyn, daß alſo, wann man ſich hierinne nach der *Stribeni*ſchen Meynung richten ſoll, aus demſelben faſt keine Gewißheit zu erlangen.

Via ſecurior haut dubie eſt ea, quæ, poſthabitis infinitis diſtinctionum tricis, a re- 10
gula Juris Feudalis quam minime deflectit. Id eſt, niſi ex verbis literarum Inveſtituræ vel conſuetudine Curiarum, vel cujusque feudi ſpeciali, contrarium doceatur, ut nulla omnino in feudo, quocunque nomine appelletur, vaſallo libera tribuatur de ſucceſſione diſpoſitio, quemadmodum de re allodiali: Neque alius quam ordinarius feudali Jure definitus modus ſuccedendi tum in ſe, tum ratione perſonarum obtineat. conf. *Struv. cap. 4. aphoriſm. 13.* Adeoque invalidam eſſe diſpoſitionem Vaſalli ſine conſenſu Domini: Filiumque Jure hæreditario: agnatum, repudiata, ſi velit, hæreditate, in feudo ſuccedere: Fœminas a ſucceſſione excludi. Ex textibus Juris Feudalis aliud non probatur. Neque aliud evincit auctoritas Interpretum, qui, dum commoda explicatione ſalvare diſtinctionem annituntur, dubia non ſolvunt. Nam neque vox Erbe, Erb-Lehn, Erb-Guth, neque hæredum quorumcunque mentio, alium, quam feudi, feudaliumque hæredum conceptum, pro ſubſtrata materia inferre poterit, vide *Carpzov. 2. deciſ. 170. num. 17.* Proinde *Hartm. Piſtor. L. 2. q. 1. n. 99.* fictitiam eſſe diſtinctionem, nec Juri convenientem, docet, adde *Barth. de Succeſſ. Fœmin. §. 7. 8.*

Optime *Coccejus Hypomn. tit. 3. §. 29. ſeqq.* relatis opinionibus Interpretum, potiſ- 11
ſimis duabus, inconſtantibus tamen, vid. §. *32. ſeq.* COMMVNI, quam ſequitur *Carpzov. 2. 47. 1.* & *Hartmann. Piſtoris 2. quæſt. 1. 2. 3. & 14.* impugnat vero *Roſenth. cap. 3. concl. 33. ſeq. c. 7. concl. 20. ſeq* Et PILEANA ex textu *2. F. 45.* petita, per Juris rationem §. *34. ſeq.* oſtendit, quod in feudo natura nihil ſit hæreditarii: Filii autem, ex uſu ſpeciali, Jure hæredum ſuccedant, unde qualitas hæreditaria acceſſerit, quæ tamen addita voce *hæredum* non augeatur: Uſum autem omnem ex actis Curia- 12
rum petendum eſſe, docet, & ad exempla rerum in Camera Imp. judicatarum provocat §. *40. in f.* Inter alia, vocem Erb-Lehn, rem afficere, atque feuda ſimpliciter ita data, regulariter & ex uſu ad fœminas transiiſſe, præcedentibus tamen maſculis, obſervat, adde ejusdem *Cocceji Diſſ. de Feud. Fuldens. cap. 3. num. 4.* Ego in Judiciis cum inferioribus, tum ſupremo, nullum obſervavi exemplum feudi ſimpliciter als Erb-Lehn conceſſi, a quo fœminæ excluderentur. Quod eo magis locum habebit, ſi cum marito Uxor etiam ſit primum inveſtita, tunc enim præferri filiam fra-

tribus conſanguineis defuncti, *Lyncker*us docet *Reſponſ. 180. numer. 6. Roſenthal. cap. 7. concluſ. 41. numero 1.*

13 (c) *Barth. de Succeſſ. Fœminar. §. 9.* Filio itaque ſi ſit permiſſum, repudiata hæreditate paterna, feudum antiquum retinere; quod in Provinciis Imperii extra Saxoniam obtinere, & in Camera ita judicari teſtatur *Gail. Obſerv. 128. num. 19. & obſerv. 154. Mynſ. 3. Obſerv. 67. & 4. Obſerv. 2. Roſenthal. 7. concl. 21. num. 5. Eyben. Elect. Feud. pag. 121. Lynck. Anal. ad Struv. J. F. cap. 9. aphor. 11.* confer *Tract. noſtr. de Introd. Jur. Primog. part. Spec. aphor. 6. num. 6. ſeq. & num. 11.*

14 Concidit omnis hæreditarii Appellatio, uſu ejus in Saxonia, & quidem feudis privatorum tantum, relicto. *Carpzov. 2. 47. 4. Richter. deciſ. 79. Berlich. 2. concluſ. 56.*
15 *num. 12. Mev. 5. deciſ. 41.* ubi & illud ab Electore non invita Jurisprudentia ſancitum, ne filio in fraudem creditorum parentis liceat feudum cum hæreditate repudiare, vide Landes-Erledigung *Anno 1661. in Juſtitien-*Sachen, §. 71.

16 Mere HÆREDITARIA FEVDA, quæ plane Allodii rationem habent, dari, & conſenſus DD. & uſus probat, *Struv. 4. 13. 2. Schilter ad Struvium pag. 83. ſeqq. Barth. dict. loc. num. 14.* Tale *Coccejus num. 25. cum Gailio 2. Obſerv. 154.* vult intelligi, ſi datum ſit feudum Vaſallo, & hæredibus quibuscunque, vel cum poteſtate alienandi:

17 Concluditur inde porro, exhæredato filio nihilominus ſucceſſionem feudi hæreditarii, cum onere æris alieni ſolvendi in ſubſidium deberi, nulla diſtinctione inter feudum novum & antiquum J. Saxon. admiſſa. *Barth. d. l. §. X.* qui & idem de præterito filio, vel bona mente exhæredato, puta creditorum favore, contra *Carpzov. de Oneribus*
18 *Feudal. Vaſall. decad. 1. poſ. 6. numer. 24.* evincit. De nepotibus cum patruo ſuccedentibus idem obtinere, *Barthius* judicat §. *XII.* qui tamen §. *XIII.* a *Struvio J. F. cap. XIII. aphor. 14.* re ipſa non diſſentit circa quæſtionem: *An text. 2. F. 45. tantum de antiquo Feudo, an etiam de novo intelligi debeat?* poſterius propugnat *Barthus* contra *Struvium.* Sed ſi de uſu quæratur, erit is, an agnatus vel filius ad æs alienum teneantur. *Struvius* diſtinguit, an conſenſu Domini ſit contractum, nec ne. Si illud, teneri in Feudo novo, cum filios tum Agnatos (niſi hi ex ſimultanea inveſtitura ſuccedant,) ut in Saxonia. *Carpzov. 2. 45. 27. & 48. 3. Deciſ. noviſ. Saxon. Electo. 68.* Si hoc, non teneri. Non aliter *Barth. dict. loc. pag. 106.* Ergo nullus eſt diſſenſus.

19 Quod de æris alieni obligatione diximus, etiam de qualibet conventione Vaſalli dicendum eſt. Neque filius obligabitur in præjudicium feudi, ſi conſenſus Domini deficiat. *Lyncker. deciſ. 704.* conf. tamen *deciſ. 691.* Etſi per imprudentiam forte conſenſerit, reſtitutionem in integrum dari, etiamſi paternum nomen fuerit, modo ex allo-
20 dio ſolvi potuerit, idem *Lyncker. deciſ. 542.* confirmat. Imo, etſi Domini conſenſus acceſſerit, non tamen teneri filium, ex Jure Primogenituræ ſuccedentem, docet *deciſ. 1146.* Nos in *Tract. de Introd. Juris Primog. part. ſpec. aphoriſm. 6. num. 36. ſequent.*

21 (d) Hoc ex ante dictis fluit, ſi enim fœminæ hæredes feudales non ſunt, hæredum nomine vel deſcendentium intelligi non poterunt. Agnovit hoc *Struv. cap. 4. aphoriſm. 13.* ubi ſpeciem hæreditarii feudi, quod ratione perſonarum tale ſit, conſtituit, & *num. 5.* fœminas, niſi ſingularis conſuetudo, quæ omnino attendenda, probetur, excludit. Add. *Lyncker. deciſ. 1464.*

22 (e) *Schilter. de Nat. Succeſſ. Feudi cap. 2. §. 20. Thomaſ. de Feud. Oblat. cap. 1. §. 45. in fine & Diſſ. de feudo alienabili. §. 24.* Diſſentit *Stryck. Exam. J. F. cap. 15. quæſt. 11. Hornius J. F. cap. 26. §. 26. Struv. cap. 9. aphor. 8. num. 2.* cujus ſententiam improbat *Lyncker. in Anal. h.* vid. *Vultej. Conſil. Marpurg. tom. 4. Conſil. 11. Barth. de ſucc. fœm. §. 15.* inprimis autem locum habebit excluſio fœminarum, ſi quæſtio ſit de feudis dignitatum, Ludwig Preußiſch-Neuburg. *pag. 91.*

(f) Diſſentit

(*f*) Diſſentit iterum *Struv. dict. loc.* ſed vid. *Barth. XVI.* 23

(*g*) Diſſentit *Petr. Surdus 3. Conſ. 407. num. 17.* admittens in oblato feudo fœminas etiam non vocatas expreſſe. Vocatas vero, una cum maſculis, utrumque ſine lege & ratione. Nos ratione ea movemur, quod oblatio naturam feudi non immutet, quam dant *Hertius* & *Thomaſ.* uterque *Diſſert. de Feudis Oblatis*, ille *part. 2. §. 37.* hic *cap. 2. §. 55. Barth. de ſucceſſ. fœminar. §. XVI. pag 113.* 24

(*h*) *Barth. dict. loco.* 25

(*i*) Diſſentit *Stryck. J. F. c. 15. qu. 11. Barthius §. XVI.* cum *Ludwello* capitulum extraordinarium, *2. F. 164.* in deciſione cauſarum feudalium receptum non eſſe, neque ex eo aliquid inferri, putat. conf. *Struv. cap. 4. §. XV. n. 2.* ubi *Schilter. in notis pag. 33. Lyncker. deciſ. 375. Barth. d. diſſ. XVII.* 26

Jure Saxonico ſpecialiter conſtitutum, ut in pretii ad feudum novum emendum impenſi partem, filiæ ſuccedant. vid. *Barth. dict. loc.* Si vetus fuerit emtum, excludnntur filiæ, *Carpzov. 2. 46. 24. & 3. 9. 25.* Non aliud dicendum, ſi cum pacto de retrovendendo fuerit emtum, *Struv. cap. 4. aphor. 15. num. 4.* in quo fœminæ non ſolum non ſuccedunt, *Mev. 8. deciſ. 278.* Sed nec in pretii partem veniunt, *Struv. dict. loc.* Nam Vaſallo mortuo, hæredibus feudalibus Jus eſt quæſitum, ad quos cum transierit, ſecuta retrovenditione, nova celebratur venditio, adeo ut eadem ratio ſit pretii hinc redacti, quam illius, quod ex feudo ſine pacto retrovenditionis fuit emtum, a quo fœminas excludi, *Carpzov. 3. Reſponſ. 30.* concedit, diſſentiens ſine cauſa, de illo, quod ex retrovenditione adquiritur, *Reſp. 31.* vide *Barth. §. 17. pag. 117. ſeq.* 27 28

De pecunia, quam vocant ein Lehn-Stamm, vid. *Struv. J. F. c. 4. aph. 5. ſeq. Obſ. Forenſ. meam 200.*

Plerumque vero emtor feudi reſervat hæredibus ſuis allodialibus ſummam certam pecuniæ a ſucceſſore extraneo, vel ipſo feudi domino in caſu aperturæ ſolvendam, exemplum notabile recenſui *Obſ. For. 205.* 29

(*k*) In quo tamen fœminæ habent Jus retentionis, donec pecunia ſolvatur, ut adeo non ſit confundendum Jus feudi a Jure pignoris, quod allodiale eſt. *Struv. §. 14. cap. 14. Schilter. in notis ad Struv. pag. 32. Barth. §. 19.* Quemadmodum & differt feudum *oppignoratum a pignoratitio*, hoc fit a Domino, illud a Vaſallo. Dominium utile tribuit pignoratum, oppignoratum tantum jus pignoris, quæ non ſatis diſtinguit *Carpzov. 3. Reſp. 31. n. 27. ſeqq.* vid. *Barth. §. 19. n. 121.* ubi & differentias feudi pignoratitii ab eo, quod ſub pacto de retrovendendo eſt, exponit *Struv. cap. 3. aphoriſm. 4. num. 3.* 30 31

(*l*) De ſpeciali conſuetudine fœminas admittente in Epiſcopatibus Monaſterienſi, Colonienſi, Osnabrugenſi, item Fuldenſi, Hirſfeldenſi, Corvejenſi Curiis Feudalibus, teſtantur *Schrader, conſ. 12. num. 164. ſeq. Webner. Obſerv. voc.* Fuldiſch Lehn, *& voc.* Krumbſtab. *Roſenth. de Feud. cap. 7. Conel. 31.* Quam caute autem teſtimoniis iſtis ſit utendum, niſi conſuetudo probetur ſpecialis, ex iis liquet, quæ in diſſertat. de *Feudis Fuldenſibus* diſſerit *Coccejus cap. 1. §. 6.* qui & *cap. 2.* dubia circa ordinem ſucceſſionis exponit, & in Fuldenſibus quoque maſculorum eſſe prærogativam deducit §. 7. In Imperiali Camera permulta occurrunt hac in re notatu digna, quæ tamen a ſingulis Dominis Senatoribus, quia ſunt ſegregati, obſervari non poſſunt. Ego ex iis, quæ ex conſuetudinibus Curiarum obſervavi, retuli aliqua in Conſultationibus meis & Obſervationibus forenſibus, multo plura adhuc ſuperſunt. 32

(*m*) *Modeſt. Piſt. Conſil. 9. num. 19. Struv. J. F. cap. 9. aphor. 8. n. 15. Gædd. in Conſil. Marp. Vol. 4. Conſ. 26. num. 150.* Preußiſch-Neub. *pag. 206. Horn. J. F. cap. 15. numer. 6.* vide ſupra §. 6. *lit.* (*m.*) *in fine.* 33

(*n*) *Struv. J. F. 9. 8. 6.* ubi diſſentientes deducit *num. 7.* adde *Carpzov. 3. 28. 10. Horn. J. F. cap. 15. §. 9.* qui negativam uſu fori receptam eſſe teſtatur, *Michael ab Aguirre* in Conſilio, quod inter Betſoldiana eſt primum, *num. 66. 52.* & *Conſil. 2. num. 20.* Aſ- 34

firmantes laudat *Coccejus Hypomn. tit. X. num. 18.* & ea ratione nititur, quod fœmina a ſuo gradu per maſculum remota, ex alio gradu admitti nequeat, vocari enim ſucceſſores feudi ex ordine graduum, ſed tamen idem *Coccejus* dicto loco admittit ſententiam negativam, ſi alia appareat contrahentium mens vel ratio. vid. *Obſerv. Forenſ. noſtram. CIX.*

35 (o) Cautelam, quam ſuppeditat *Dn. Ludwig* Preußiſch-Neub. *pag. 188. ſeq.* inſpiciendum eſſe cum qualitate feudi etiam tempus primæ collationis, pro cujus diverſitate quæſtio ſit mox affirmanda, mox neganda, vellem, ut Vir celeberr. explicaſſet clarius, & exemplis illuſtraſſet.

36 (p) *Diſt. Conſil. 1. apud Beſoldum part. 2. num. 6.*

(q) *Barboſ. Th. Ax. locupl. Lib. 6. cap. 7. reg. 28.*

(r) *Struv. J. F. cap. 1. aph. 11. num. 2.*

(s) *Struv. cap. 16. §. 13. num. 3.*

37 (t) De eo jure, quo utuntur Status imperii, ut liberior ſit eorum circa alienationem *particularum feudi* facultas, non loquimur, conſulat, qui volet, hac de re *Andlerum in Jurisprud. L. 2. tit. X. num. 17. Eyben. de teſtam. Princip. th. 15. Itterum de Feudis Imper. cap. 23. §. 4. & diſputat. Thomaſii de Feudo alienabili.* De eo nobis eſt ſermo, an feudi totius alienatione permiſſa, ſive *conſuetudine Provinciæ*, quod affirmat de Herbipolenſibus *Roſenthal. cap. 9. membr. 1. concl. 58.* (ſed hoc absque reſtrictione verum non eſt, qua de re dictum alibi) ſive *pacto vel privilegio*, (de cujus interpretatione, & cauſis diſſenſus JCtorum, agitur plenius dicta *diſputat. de Feudo alienabili*) liceat Vaſallo id transferre ad fœminas contractu, donatione, vel teſtamento. Et hoc negamus, tam in minoribus feudis, quam majoribus, quibus regalia ſunt adjuncta, cum eadem utrinque ſit ratio, & facienda interpretatio contra Vaſallum. *diſt. diſput. §. 19.* ubi §. *36.* exemplo feudorum *Luſatiæ* id confirmat. Idem de *Pomeraniæ* & *Sileſiæ* feudis, quorum de cætero conditionem expoſuit binis diſſertationibus *Stryckius* aſſerendum putarem. De Holſaticis feudis dixi *Obſerv. For. 54. Num. 3.* de Mechlenburgicis. *Obſerv. 119.* de Clivenſibus & Marcanis *Obſerv. 235. & 242.*

38 An ergo fœminæ nihil plane conſequentur, ſi feudum a Vaſallo, cui poteſtas diſponendi *pro lubitu* conceſſa, & in omnibus literis inveſtiturarum repetita fuit, ad filiam fuerit translatum vel uxorem? Reſp. aut eſt maſculinum feudum, aut ad fœminas transire poteſt. Poſteriore caſu rata erit diſpoſitio Vaſalli: priore, ſenſus is erit pacti de libera diſponendi facultate adjecti, ut reluere poſſint agnati feudum reſtituta feudi æſtimatione, quæ facienda boni viri arbitrio. Quod ſi facere nolint, liberum erit in-
39 veſtituræ renunciare. Et ita reſpondit Facultatis Jur. Jenenſis nomine *Lynckerus Reſponſo CLXIV.* ubi etiam docet reluitioni agnatorum non ut in Jure retractus annuo ſpatio præſcribi, neque ſeparatim uxori, cui uſusfructus relictus, rurſusque filiæ de proprietate eſſe faciendum ſatis, nam ſublata proprietate uſumfructum tolli, uxori autem
40 ex pretio filiabus reſtituto, eſſe proſpiciendum. In eodem Conſilio *num. 7.* pactum tale de poteſtate diſponendi reale eſſe, non perſonale, tradit, neque ad faciendam alienationem opus eſſe conſenſu ſpeciali.

41 (u) Eædem ex regula, quod interpretatio fieri debeat contra eum, qui loqui debuerat apertius. Hunc autem eſſe ex paciſcentibus illum, qui commodum ex negotio primario percipit, oſtendit *Bœhmer. diſput. de Interpret. facienda contra eum, qui clarius loqui debuiſſet §. 20. ſeqq.* Sed nonne aperte ſatis proſpexit ſibi Vaſallus, qui obtinuit facultatem alienandi *pro lubitu*, ut etiam ad fœminas transferre poſſit? Affirmat *Lynckerus dicto Reſponſo num. 9.* confer *Andler. Jurisprud. L. 2. tit. 28. num. 10.*

§. X.

1 Adhuc ergo non favere fœminis Feudorum Jura vidimus. Neque diverſum in Imperii feudis, quæcunque etiam Statuum Imperii ſit circa feuda

feuda libertas, Jurepublico eſt proditum. Imo ut poſtea videbimus, magis etiam circumſeptæ fuere ſucceſſiones, ne fœminis pateret acceſſus.

Conſtat itaque ſibi regula, fœminas excludi a ſucceſſione, ubi aliud conſuetudine vel pacto introductum non probatur. Scilicet non natura, ſed civili tantum Lege Fœminas illuſtres a ſucceſſionibus in Regnis, Principatibus & territoriis prohiberi, & ratio & quotidiana docet experientia. Et quæ vulgo adferuntur rationes infirmæ ſunt & repetitione non dignæ, ex *Conſilio Beſoldiano I. part. 2. numer. 23.*

Hiſpaniæ, Luſitaniæ, Magnæ Britanniæ, Sueciæ Daniæque Regna fœminarum non abhorrent Imperium. Salva tamen maſculorum, (qui etiam, ſi remotiori ſunt gradu, ab illis excluduntur) prærogativa. Sunt inter hæc Regna, quæ proſperiore fortuna non magis quam fœminis regnantibus ſunt uſa.

In Germania dari Principatus, majores etiam, & Comitatus, (qui 2
Feuda Imperii ſunt, partim etiam Allodia,) ad fœminas transituros, ſi maſculi defecerint, nemo eſt niſi hoſpes in hiſtoria, qui ignorat. Num ſatis ex utilitate Reipublicæ, intempeſtiva eſt quæſtio. Originem fœmineæ hujus in Germania ſucceſſionis ſeculo XII. adſcribit *H. Conringius.* (*a*) Speciatim *de Auſtria* Conſtitutio Friderici I. in Comitiis Ratisbonenſibus Anno MCLVI. lata & Friderici II. apud *Goldaſtum* (*b*) legitur & teſtatur *Otto Friſingenſis* Hiſtoricus. (*c*) Recentiores Confirmationes & Privilegia liberaliter aucta apud *Limnæum* recenſentur. (*d*) In *Lotharingiæ Ducatu* 3
fœminas ſuccedere, Auctores ſunt *Sprengerus* & *Knichenius.* (*e*) De *Juliacenſi* & *Clivienſi*, ſi *Rhetium* audiamus, idem dicendum erit. (*f*) De Provinciis, quæ *Sueci* feudi lege ab Imperio poſſident, pacis tabulæ loquuntur. (*g*) De Comitatibus *Oldenburgico*, (*h*) *Montispeligardenſi*, (*i*) *Saynenſi*, (*k*) *Ritbergenſi*, (*l*) Dynaſtia *Anholt.* (*m*) Marchionatu *Montisferratenſi* in Italia, (*n*) aliisque (*o*) JCtorum Scripta & Acta publica idem teſtantur.

(*a*) Ad *Lampad. pag. 3. cap. 5. §. 27.* Sed exinde apertum eſt, ordinariæ feudorum na- 4
turæ fœminarum ſucceſſionem eſſe contrariam, cum alias privilegio opus non fuiſſet. Vide *Ludwig* Preußiſch-Neub. *pag. 65. 76.* Facit huc, quod recenſet *Chronicon Belgicum* (quod extat in *Piſtorianis Tomis*) & Meibomius in *Apologia pro Ottone IV. pag. 115. operum vol. 3.* Henricum VI. Imper. omnibus feudis Imperii regalibus qualitatem hæreditariam, ut mulieres maſculis deficientibus ſuccederent, additurum ſe, obtuliſſe, modo & Imperium hæreditario jure habere liceret, vide *Eyben. Elect. Feud. cap. 7. §. 4. nota* (*a*) Occaſio vero cauſaque impulſiva permiſſæ fœmineæ ſucceſſio- 5
nis, quam adfert *Ludwig d. tr. pag. 60. ſeq.* (terras nimirum allodiali, i. e. non beneficii jure, non patrimonii, fuiſſe poſſeſſas, fœminas deinde allodiis incubuiſſe; quæ, cum a regalibus ſeparari potuerint difficulter, neque regalia ſine terris multum attulerint utilitatis, Imperatores fœminis tribuiſſe ſucceſſionem, recepta oblatione allodiorum in feudum) ſatis eſt vero ſimilis, cum eodem tempore, ſeculo ſcil. XII. & XIII. Romana Legislatio invaleſcere in Germania cœperit, cujus auctoritate & JCtorum approbatione fœminæ, commoda ſua non negligentes, allodialia, a quibus olim excludebantur, ſibi vendicarunt. Exinde vero concludit non immerito *Ludwig*, in feudis, quibus allodia admixta non ſunt, fœminas ad ſucceſſionem admitti multo minus, cum & in regalibus feudis, quibus allodia cohærent, excludantur, *pag. 64.* confer *Struv. de Allodiis Imper. §. 14.*

(*b*) *Goldaſtus in Seniore L. 2. cap. 17. & Tom. 1. Conſt. pag. 282.* ejusque confirmatio a 6
Frider. II. facta Tom. 1. Conſt. pag. 303. de geſtis Frid. I. cap. 32.

(e) Elogium ejus vide apud *Eyben. de Origine Regal. Tantum posse Status c. 6. pag. 774. edit. in fol.* Historiam cum diplomatibus recenset etiam Sagittarius *in Originibus Ducum Brunsuicens. §. 20. seq.* Dubia fuisse olim obmota, bellum, quod Rudolphus I. cum Ottocaro Bohem. R. gessit, testatur, vid. Preußisch. Neub. *pag. 168. seq.* Sequenti tempore omne dubium cessavit, cumprimis post Legem Friderico III. & Carolo V. Impp. firmatam.

7 (d) *Jur. publ. L. 5. cap. 2.* neque inania esse ea privilegia, ex iis patet, quæ disserit *Itterus de Feudis Imperii cap. 14. §. 13.* (qui & §. 14. ditiones per fœminas ad domum Austriacam delatas recenset) *Monzamb. de Rat. Stat. cap. 2. §. 3. seq. ubi vide notas Thomasii & Kulpisii*, vid. *Tr. de Introd. Jur. Primog. p. Special. §. XVII. num. 69. & Fascic. 1. adjunctorum.*

8 (e) Ille in *Lucerna Jur. publ. cap. 2. hic tract. de pact. vestit. cap. 3. num. 9.*

9 (f) *Diss. de Feudis Clivensi more concessis sect. 2. num. 3. seq.* eandem sententiam foverunt *Limnæus Jur. publ. IV. 8. num. 109.* & alii. Contrarium, & quod ordinario feudorum jure ad masculos deferantur, atque his deficientibus ad dominum feudi, cujus proinde fuerit dispositio, majori studio olim controversia ferveret, quam hodie, disputatum fuit. vid. Summam Controversiæ apud *Strauch. in Disputat. Jur. publ.* Pro *Palatino Neoburgico* masculina esse feuda, defendit *Merckelbach. in Consilio Klock. 1. Cons. 7.* feliciori successu, quam pro *Saxoniæ Ducibus Franzkius 3. Resolut. 1.* Fundamenta Saxonicorum Tabella complexus est *Hortlederus*, quæ, alibi ea brevitate non obvia, ex Manuscriptis in Appendice junctis nonnullis aliis notatu dignis exhibebimus. Quievit jam lis, magis ut videtur fortunæ quam causæ diffidentia, cum res in eum statum sit deducta, quem legimus apud *Pufendorff. in Histor. Brandeb. Lib. IX. §. 75. seq. & Lib. XVI. §. 96. Gastel. de Stat. publ. cap. IX. num. 116.* Et tamen Saxonica domus, quandoque ab Imperatore recens electo bey Thron-Fällen investituram provinciarum obtinet, eandem etiam de Juliacensibus & Clivensibus terris petit, & solenniter accipit.

10 (g) Instrument. Pacis Cæsar. Suec. Artic. X. conf. *Stryck. de Jure Allodiali cap. 3. num. 74.*

11 (h) Asserit Dux Holsato-Gottorpiensis, negat Dux Plœnensis ad fœminas transire, vide *Diar. Europ. p. 25. pag. 175. Thomas. de feud. oblat. cap. 1. §. 19.*

12 (i) *Mylerus de Princip. & Statib. cap. 24. numer. 2.* ubi plures allegat.

13 (k) Vid. *Imhof. Notit. Proc. Imperii Lib. VI. cap. 14. Lib. 9. cap. 14. §. 6.* Elect. Jur. publ. *Tom. I. pag. 484. seq.* nec contradicunt Witgensteinenses Comites, sed prærogativam præ fœminis ex Saynensi linea superstitibus sibi asserunt. vide *Antimanifest. Wittgenstein. pag. 4. seq. pag. 26. seq. & passim. Pfeffinger ad Vitriar. post Lib. IV. in Addendis ad Lib. III. tit. 15.*

14 (l) *Eyben. de tutela fœminina part. II. membr. 6. §. 13. & Elect. Jur. feud. pag. 561. edit. in fol.* testantur id etiam Acta publica Comitialia nuper edita occasione primæ instantiæ in controversia successionis a Domino directo Landgravio Hassiæ-Casselano prætensæ a Consilio Aulico Cæsareo negatæ, quæ leguntur in der Staats-Cantzley *part. X. pag. 201.* De qua extat Dissert. Dni de *Ludwig in Opusculis Tom. I. Lib. II.* Extant Acta in Consilio Imperiali Aulico ventilata inter *Principem de Lichtenstein & Comitem de Kauniz* in prima instantia, & secunda Revisionis, typis in folio. Vicisse in utraque instantia *Comitem de Kauniz* publice constat, qui etiam est possessor Comitatus.

15 (m) Vide *Lundorp. Act. publ. tom. 7. lib. 6. cap. 452. pag. 491.*

16 (n) Menochii, Francisci Cyriaci Nigri peregrinorum JCtorum, & Germanici *Klockii 3. Cons. 182. num. 17.* aliorumque testimonia recenset *Itterus de feud. Imper. cap. 14. p. 16.*

17 (o) Vide *Eyben. d. tr. de tutel. fœm. part. 2. membr. 6. §. 13.* ubi de *Jeverensi & Esenensi* dynastiis. De Jeverensi notitia plenior capi potest ex *Spener. Theatr. pratens. part. 2. pag. 20. & 343. Becm. Chr. Anhalt. part. III. pag. 482. seqq. part. I. p. 417. Lunigii*

Grunde

Grund-Veſte Europ. Gerechtſame *Part. II. pag. 402. Winckelm. Chronik Oldenburg.* ubi legitur *p. 561.* Teſtamentum ANT. GVNTHERI Comitis. De *Eſenenſi*, cum pertinentiis in præſtantiſſimo Opere Hiſtoriæ Oſtfriſiæ Anno 1720. edito paſſim agitur. Alia exempla apud *Myler. de Princ. & Stat. cap. 24. & Itter. de feud. Imperii cap. 14.* §. *15. ſeq.* legas. De *Burgundicis* Feudis *Ludwig.* Preußiſch-Neuburg *pag. 164. 175. 177. 179. 182.* de *Siculis & Neapolitanis* feudis idem *pag. 190.* Quo Jure diſtinctionem filiarum in maritatas & extra matrimonium, illas vel dotatas vel indotatas, has vel viduas vel virgines, quas *in capillis* dixerunt, locum habuiſſe, probat *pag. 117. 192.* ut ſcilic. virgines excluderent maritatas, & dotatas, etiam primogenitas, quam *prærogativam in capillis* vocarunt interpp. *pag. 202.* ſed hanc diſtinctionem Germanico Jure eſſe incognitam, *pag. 302. ſeq.* ex quo tandem ſucceſſionem *Novi Caſtri* (*Neuf Chatel*) judicandam eſſe deducit, *pag. 166. 205. ſeq.* adde *Schilterum de Feud. Juris Francici* §. *8.*

§. XI.

Nobis hic tria obſervatu non indigna addere viſum eſt. *Primum:* 1
Ducatus quosdam & territoria, tametſi a primis initiis per fœminas fuerint adquiſita, hodie tamen pro talibus, ad quorum ſucceſſionem fœminæ adſpirare poſſint, non haberi, (*a*) neque ſemper a teſtimoniis JCtorum, ſæpe ex adverſæ partis relatione petitis, aut partium ſtudio conſcriptis, firmum poſſe peri judicium.

Alterum: Dubias haud raro reddi has de ſucceſſione fœminarum con- 2
troverſias, partim obſcuritate originis ſecutorumque exemplorum, partim diſſenſu JCtorum, (*b*) ut ſæpe numero vel Judicis favor aut poſſeſſoris potentia potiſſimum iis in rebus adferat momentum.

Tertium: Peculiarem feudorum Imperii naturam, qua ab aliis diffe- 3
rant, ſi de modo habendi Feuda, h. e. de eorum adquiſitione, conſervatione, amiſſioneque ſit quæſtio; fruſtra fingi, (*c*) cæterum Longobardicas conſuetudines etiam ad Imperii feuda recte adplicari, cum in genere ſint receptæ, ita tamen ut legibus moribusque Germanicis, uſu firmatis merito cedant. (*d*)

(*a*) *Thuringiæ & Haſſiæ* Landgraviatus per fœminas ad eas, quæ jam iis imperant, fami- 4
lias delatos eſſe quis ignorat? vide *Imhof. Notit. Proc. Imper. Lib. IV. cap. 2. Palatinatum* mediante matrimonio ab Ottone Wittelsbachio acquiſitum, *Andreas Presbyter Ratisbonenſis* in Chronico commemorat, cujus verba refert *Itterus de Feud. Imper. cap. 14.* §. *15. Aventinus Annal. Bojor. Libr. 7.* Sed hæ Provinciæ hodie pro maſculinis feudis habentur. *Brunſuicenſis Ducatus*, ut ad fœminas devolveretur Friderico II. Imper. Anno 1235. diplomate conceſſit, quod exhibet *Meibomius in Opuſc. p. 504.* & repetit poſt recenſitam motuum hiſtoriam *Sagittar. Origin. Duc. Brunſuic.* §. *163.* De *Comitatu Ilsonis & Foreſto in montanis Harz.* (ita appellatur in tabulis) idem recenſet *Maderus Antiqu. Brunſuic. p. 118.* conf. *Thom. de feud. oblat. cap. 1.* §. *50.* vid. *Struv. de Allodiis Imperii* §. *44.* Quod an hodie ſit indubium, præſertim Electoratu erecto, a peritioribus diſcere volo.

(*b*) De *Lotharingiæ Ducatu* excerpta controverſiarum legas apud *Limn. Tom. 1. addit.* 5
ad Lib. 5. cap. 11. num. 3. & *Tom. 2. addit.* ad eundem locum. Adde *Gramond. Hiſtor. Gallic. pag. 670. Memoires du Marquis de Beauvau Liv. 1. pag. 2. & 9.* De *Juliacenſi* controverſia ſupra diximus. Qui regulam conſtituunt a feudis oblatis ad 6
ſucceſſionem fœminarum, non poterunt non fateri, in omnibus fere feudis Imperii fœminas ad ſucceſſionem iri admiſſum, probata ſcil. theſi, quod feudorum regalium in Imperio Origo ab oblatione ſpontanea ſit deducenda. vid. *Thom. de feud. oblat. cap. 2.* §. *36.*

§. 30. lit. b. sed falsam esse illationem ipse ostendit. Deinde, si ab oblatione ad successionem fœminarum formanda esset conclusio, sequeretur, in allodiis etiam antiquitus fœminas successisse, quod tamen aliter sese habere diximus supra §. 4. Quod non advertentes Jure-Consulti plurimi concluserunt ad successionem fœminarum in plerisque Comitatibus Germaniæ medio ævo ab Imperatore concessis, priusquam feudale Longobardicum Jus innotuisset, quasi tunc allodii Jure fuerint possessi, vid. *Rosenth. c. 12. concl. 15. n. 52. Gœddeus in Consil. Marpurg. Vol. 4. toto fere Conf. 37.* quod de successione *Sarwerdensi* conscriptum est, & *Consil. 38. num. 58.* Conf. *Klock. t. Conf. 7. num. 963. Sprenger. in Lucerna Imp. cap. 6. pag. 377.*

7 (c) Non dico Germaniæ feudorum naturam ad Longobardica esse exigendam, sed Imperii feuda jure communi feudorum uti, conf. *Andler. Jurisprud. L. 2. tit. X. num. 17. Eyben. Elect. feudal. cap. 7. §. 8.* Differentias Germaniæ feudorum a Longobardicis deodenis admensus est Dn. de *Ludwig Discursu* von Verbesserung des Lehn-Rechts, cujus Systema promissum, si proditurum est publice, ostensa in applicatione ad casus occurrentes utriusque Juris differentia, spes est, non parum lucis inde ad jurisprudentiam iri allatum. Multa interim utilia suppeditavit in Opusculis antea separatim, deinde conjunctim editis *Tom. I. Lib. II.* ubi *Diss. I.* agit de foro Subfeudorum Imperii, speciatim respectu comitatus Ritbergensis, *Diss. 2.* de Jure feudorum in Borussia, *Diss. 3.* de feudis Lusaticis, *Diss. 4.* de iisdem intuitu legitimæ & dotis. *Diss. 5.* de Jure Postarum feudali. Additæ sunt passim in notis subjectis observationes & digressiones notatu dignæ.

8 Sunt, qui feudorum Imperii differentiam quærunt a Longobardicis in eo, quod ex his alia sint Regalia, ex illis nullum detur non Regale. Longobardico jure dici Regalia non a conjuncta dignitate, sed quod a Rege immediate fieret collatio. Germanico Jure Jus exercendi regalia, verbo: *Superioritatem territorii*, feudum efficere Regale. Contra: Regale feudum a cohærente dignitate dici tam Longobardico *2. F. 10.* quam Germanico Jure *O. Cam. 2. tit. 7.* probat *Coccej. de potest. Stat. circa dignitat. cap. 2. §. 13.* neque dignitatem regalem esse utroque jure, cui officium regni in territorio non sit conjunctum, idem *Jurisprud. publ. cap. 31. §. 9.* deducit. Unde non consistunt Conclusiones auctoris *Dissertat. Halens. de Stat. Reipubl. German. Feudali cap. 2. §. 3.* „*Regalem dignitatem esse ipsum jus territorii.: Regalem dignitatem „recte tribui Civitatibus imperialibus, imo & Nobilibus immediatis. Essentiam feudi regalis, „Germanici, h. e. ex hypothesi auctoris, omnis feudi Imperii, in Jure exercendi regalia, „territoriali consistere: Longobardici in Dominio utili.* Scilicet opponuntur hic, quæ non sunt opposita. Summum etiam imperium modo habendi minus pleno, quem dominium utile vocamus, obtineri, ostendit *Grot. J. B. P. Lib. 1. c. 3. §. XI.* Ita & sublimia Principum jura cum utili Dominio (quod ab usufructu Juris Romani differre recte monet, *Ittet. de F. Imp. c. 22. §. 2.* si tamen Dominium utile usumfructum juris Germanici appellare malis, a Romano distinctum, cum auctore *dissert. de Orig. Feudal. §. 1. lit. c.* de voce nulla erit difficultas) stare posse, h. e. modum habendi non
9 esse opponendum potestati circa rem, sum persuasus. Si dicas, Superioritatem territorii in Germania pleno jure haberi, id generaliter verum non esse, ostendi in *Tract. de Introd. Jur. Primog. part. spec. §. 6. num. 28.* Proprium autem esse hodie Jus Statuum Imperii, non officii, sed tamen dependens, recte observat Auctor *dict. dissertat. de Statu Reipubl. Germ. Feud. 2. §. 4.* quæ de Francorum moribus addit, regalia indistincte Regis nomine fuisse exercita, ad ea confer doctrinam *Cocceji Jurisprud. public. cap. 15.* & quæ nos in *Tract. de Introd. Jur. Primog. part. gener. §. X.* attulimus.

10 (d) *Struv. J. Feud. cap. 1. aphor. 5. & 7. num. 7. Horn. J. F. cap. 1. §. 26. seq.* ubi initium usus Longobardici in Germania secul. XIII. adscribit argumentis non levibus, adde §. 31. *Coccej. Hypomn. F. tit. 1. §. 11.* de Feudis Imperii in specie, *Ittet. cap. 2. §. 4.* idem affirmat. conf. §. 8. De prælatione domestici juris tum antiquioris tum recentioris, vide *Horn. d. l. §. 31. & 35.* ubi in petenda decisione ultimo loco ponit Jus Longobardicum §. 37. adde §. 47. *Schilter. in Not. ad Struv. pag. 5.*

§. XII.

§. XII.

His collocatis ad ſpecialiores quosdam caſus deſcendamus, ubi etiam exceptiones a regulis jam traditis occurrent.

I. Feudum regionis more ad fœminas transit. Teſtamento poſſeſ- 1
ſoris olim ad fœminam fuit delatum. Pacta etiam favore ſexus fœminei libere inita. Devolvitur a fœmina ad filios. Poſtulat natu major integram ſucceſſionem. Convenit tandem cum fratre de bonis & reditibus quibusdam jure feudi, aliisque pleno Jure fratri concedendis. Frater minor natu contentum ſe eſſe teſtatur, reliquæ hæreditati paternæ & Juri in territorium omnique actioni & querelæ renunciat pleniſſime, ſuo & hæredum nomine in perpetuum, jurejurando ſolenni accedente, nec non Cæſarea auctoritate, multorumque Comitum ſubſcriptione, addito etiam pacto commiſſorio omnium a Fratre ſibi datorum feudorum. Elapſis aliquot ſeculis extinguitur maſcula progenies fratris majoris natu. Deſcendentes a minore ſucceſſionem petunt, quos filiæ ex linea alterius ſuperſtites excludere ſtudent. Fruſtra nitentur maſculi regula illa de excluſione fœminarum, cum ſeparatione linearum & renuntiatione pleniſſima facta ſine ulla reſervatione, fuiſſent in perpetuum excluſi. (*a*)

II. Filiæ ſuccedentes more Regionis, deficientibus ſuæ lineæ maſcu- 2
lis, diverſos progenuere ramos. Diviſere territorium, retento, ut ſæpe fieri ſolet, feudi communis nexu. Defecerunt deinde rami alterius maſculi, ſuperſtitibus fœminis. Num & hæ maſculos ex altera linea progenitos, ut in caſu antecedente, excludent? Præferri maſculos fœminis, diverſæ licet lineæ, in ſucceſſione, reſponderunt JCti *Argentoratenſes*. (*b*) Mihi facti etiam, non Juris ſolum, quæſtio eſſe videtur, an ſcilicet, cum paciſcerentur de diviſione ſorores, id ſit actum, ut excluderentur mares alterius rami, quousque ſupereſſet ex altero ſtirps fœminea. Præferendos enim mares, ſi id actum non conſtat, regula foret Juris feudalis. Illud reſpexere *Jenenſes* JCti (*c*) ad eundem caſum conſulti, hoc, *Argentoratenſes*.

III. More regionis feuda ad fœminas devolvuntur. An & territo- 3
rium integrum feudale eodem cenſebitur Jure? Negativa ſententia firma nititur ratione, quod diſtincta omnino ſint feuda territorii a territorio ipſo, diverſi feudi Domini: feudorum ratio non eadem. Territorii feuda ad fœminas devolvi poſſunt more provinciæ, territorium ipſum regulari Jure erit maſculorum. (*d*)

IV. Paciſcuntur ſorores illuſtres de feudo ita: Quæ ex ipſis filio 4
foret beata, cum cæteræ non niſi filias reliquiſſent, ut illi jus eſſet transmittendi totum territorium commune in filium. Naſcitur uni ex ſororibus filia, quæ materno Jure cum materteris frui exoptat. Quæſtio ventilata eſt publicis ſcriptis. Ex quibus nonnulla in Appendicem relata Lector inveniet. (*e*)

V. Teſtamento poſſeſſoris feudi, ad cujus ſucceſſionem fœminæ ad- 5
mittuntur, ſalva maſculorum prærogativa, filius ad ſucceſſionem vocatur, introducto ſimul Jure Primogenituræ. Deficientibus maſculis ex filio, vocatur ad ſucceſſionem filia teſtatoris ſuperſtes, tum ejus filius primogenitus, qui ſi non extet, filius, qui ex alia filia ſupervixiſſet. Conque-

6 runtur deſcendentes fœminæ ex filio primo loco inſtituto. Exiſtimo non voluntate modo teſtatoris, ſed & ipſo Feudorum Jure ab Amitis, earumque deſcendentibus maſculis fore excluſas. (*f*) Ordinem autem ſucceſſionis, ut primogenituræ Juri eſſet locus, poſitis ſcilicet, quæ neceſſariæ ſunt ſolennitatibus, arbitrio relictum fuiſſe teſtatoris vel teſtatricis.

7 (*a*) *Klock. t. Conſil. 7. num. 1002. Lyncker. Analect. ad Struv. J. F. cap. 9. aphor. 8. num. 7.* Utuntur hiſce argumentis filiæ *Saynenſes*, contra maſculos *Witgenſteinenſis* lineæ, *in Manifeſto Saynenſi & Refut. Anti-Manifeſt. VVitgenſteinenſis.* Opponunt Witgenſteinenſes, præſumendum eſſe *Engelbertum Johanni* fratri renunciaſſe tantum favore deſcendentium maſculorum. Redintegratum etiam jus a Domino feudi, Electore Palatino. Sed negant *Saynenſes* non ſolum illam præſumtionem, quæ, facta ſeparatione linearum plena, locum habere nequeat, ſed etiam terras, quas Comitatus Saynenſis nomine jam poſſident, partim alios agnoſcere dominos feudi, partim eſſe Allodia, multa etiam a *Johannis* poſteris quæſita, vide ſcriptum Gegen-Bericht contra Chur-Pfaltz ſupra allegatum ad §. VI. Mihi jam non ſumo de controverſia judicium, ſed, quæ ſcriptis publicis propoſita fuere, refero, vide *Inſtrument. Pacis Osnabrug. artic. 4. §. 36. & Tract. de Introduct. Jur. Primog. Part. Spec. Aph. XVII. Artic. ult. pag. 105. num. 82. ſeq.* & ibi Append. Documentorum Faſcic. VII. Sunt argumenta filiarum Saynenſium multo plura, quæ ut hic recenſerentur, inſtitutum præſentis Tractatus non patitur.

8 (*b*) Apud *Schilterum in Notis ad Struv. Jus Feud. pag. 98.* integrum legitur reſponſum

9 (*c*) In Reſponſo quod ibidem refertur *pag. 96.* Huic calculum ſuum *Schilterus* addere videtur, cum *pag. 93.* ad Argentoratenſe Reſponſum notat ſequentia: *Renunciationis jurata*, (filiæ ſcil. unius ex iis, quibus a maſculis controverſia movebatur) *quis finis? ut excludatur à ſucceſſione.* Ergo *jus ſuccedendi tunc habuit. A quibus excludenda vi renunciationis hujus? non a Fratre, qui tum jam regens fuit, ſed a ſororibus non maritatis. Ergo Sorores habent jus ſuccedendi fratri. Ergo excludunt maſculos alterius lineæ.* Ad hæc facilis foret reſponſio, ſi conſideremus, quod oſtendetur infra, Renuntiationes filiarum illuſtrium, cum in matrimonium collocantur, accepta dote, fieri in Germania pluribus locis ex recepto more magis, quam ut Jus ſuccedendi cum maſculis iis concedatur, quod per renunciationem demum perdant; vide *Lyncker. deciſione 1472.* Ita non ſequitur: Renuntiationis Filiarum Illuſtrium Saxoniæ, Brandeburgicæ, Haſſiæ, aliarumque Familiarum finis eſt, ut a ſucceſſione excludantur, ergo Jus ſuccedendi habuere, vide *Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſert. 8. cap. 8. §. 13.* cum auctoribus ibi alleg. Porro infirmitas alterius illationis: *Frater eſt regens*; Ergo *Filia renuncians non a Fratre, ſed a Sororibus excluditur*: Ergo *Sorores habent Jus ſuccedendi*: ſtatim apparebit, ſi inſtantiam des renunciationum in aliis familiis, quæ fœminas ordinario Jure excludunt. Imo neque in illis, quæ non excludunt, conſequentiam valere ſemper, exiſtimo, ut filia renuncians ſororum favore id feciſſe ſit exiſtimanda, prout etiam in caſu, de quo *Schilterus* dicto loco agit, Filia quæ renunciaverat, pari cum ſororibus ſucceſſit Jure.

10 (*d*) *Tiraq. de Jure Primog. quæſt. 10. num. 10. Menoch. 5. Conſil. 1. num. 457. Oldendorp. in Conſil. Marpurg. vol. 2. conſil. 113.*

11 (*e*) Compendium Controverſiæ vid. *in Elect. Juris publ. Tom. I. pag. 485. & Tom. II. pag. 14. ſeqq.* Finita eſt lis in poſſeſſorio per ſententiam Judicii Imp. Aulici 23. Dec. 1717. adeoque pactum ſupra dictum firmitatem retinuit, omnisque controverſia quievit hucusque.

12 (*f*) Neque enim infrequens in Feudali ſucceſſione, ut maſculus alterius lineæ excludat deſcendentes fœminas ex linea ultimi poſſeſſoris in feudo, quod ad fœminas transit, vid. *2. F. 17. Struv. J. Feud. cap. 9. aphor. 8. num. 9. Horn. cap. 15. §. 8.*

§. XIII.

§. XIII.

Nimirum ut de *Introducendo Primogenituræ Jure* addamus nonnihil, 1 Fœminæ illuſtres territoria poſſidentes ab ea facultate, qua Principes viri Comitesque gaudent, nulla lege, nulla conſuetudine prohibentur. Quis enim eſt, cui in mentem venire poſſit, ſexus hanc eſſe prærogativam. Eodem Jure, quo territorio fruuntur fœminæ, libero ſcilicet & patrimoniali, liberam etiam habebunt diſponendi de ſucceſſionis ordine poteſtatem. Cui ſi accedant requiſita debita, præcipue confirmatio Imperatoria, (*a*) firma erit omnino Juris Primogenituræ introductio.

(*a*) Vid. *Tractat. noſtr. de Introd. Jur. Primog. parte ſpec. aphor. XIII.* Quæ *Dn. Titius* oppoſuit *Spec. Jur. publ. L. 4. cap. 4. §. 4.* admitti poſſent, ſi ullum daretur Juris Primogenituræ recens introducti in Imperio exemplum, quod ſine Imperatoria confirmatione fuerit ſtabilitum, vid. *Elect. Jur. publ. Tom. 2. pag. 14.* 2

§. XIV.

De Succeſſione Fœminarum illuſtrium in ALLODIALIBVS (vide 1 ſupra §. VI.) quæ uſu venire ſolent quæſtiones ambiguæ quandoque & maxime controverſæ, dijudicari poterunt, ſi non omnes, potiori tamen ex parte, ſi de his, quæ ſequuntur, prius fuerit conventum: Ad quamnam prudentiæ partem referenda ſit de ſucceſſionibus Illuſtrium disquiſitio, publicam an privatam: & ex quibus principiis ſit reſolvenda? Quæ res hæreditati Allodiali regulariter in Succeſſionibus Illuſtrium accenſeantur quæ non? Quantum derogetur huic Juri, quod regulæ loco eſt, pactis familiarum? Pacta ipſa num poſteriora prioribus derogent? Quæ denique ſit vis Renunciationum, quibus fœminæ adſtringi ſolent? Experiamur de ſingulis.

§. XV.

Ad *primam* quod attinet quæſtionem, prænotandus eſt duplex ille 1 Perſonarum illuſtrium reſpectus, alter, qui *ad Rempublicam* ejusque nexum pertinet, alter, qui *ad Res privatas*, unde duplicem gerere perſonam, publicam & privatam illuſtres dicuntur. vid. *Eyben. de Auctor. Jur. Juſtin. in Germ. cap. 7. §. 3.* Illam, qua tales, ſcilicet imperantes; hanc, qua conditionem cum hominibus privatis communem. Ea ergo negotia, eæ 2 leges, quæ ad ſtructuram Reipublicæ pertinent, quæ de adquirendo territorio, & quod ei innexum eſt, Imperii Jure, agunt, publici Juris eſſe dicuntur, non privati. (*a*) Cætera omnia privati Juris erunt, non publici. Ita conjugalis ſocietas, tutela liberorum, dominia rerum, alienationes, teſtamenta, hæreditates, contractus, delicta, ad privatum Jus recte referuntur, non ad publicum. Quandoquidem vero interdum eve- 3 nit, ut, quæ privati Juris ſunt negotia, publicis etiam legibus pro cujusque Reipublicæ ſtatu definiantur, tum etiam publici juris eſſe cenſebuntur, non privati. Ita in articulo de ſucceſſionibus: ſi Jus privatum omnes indiſtincte liberos admittat, legibus publicis vero, vel Familiarum Illuſtrium pactis rite initis ad territoria, quæ haud dubie publicæ ſunt poſſeſſiones, fœminas non admitti, ſit conſtitutum; dicemus recte, hæc

ſucceſſionum jura eſſe publici Juris non privati, cum non poſſideantur
4 nomine privato ſed publico. Porro *de Juris regula* ſi quæramus, Publica Jura ex domeſticis principiis petenda eſſe, in procœmio dixi, neque metuo hac in parte prudentum diſſenſum. Privata ex Jure Juſtinianeo, ceu publica auctoritate recepto, peti recte, ubi aliud moribus conſtitutum uſu non probatur, ibidem aſſeruimus. Ad quam igitur partem referemus illam, quæ de Allodiis Illuſtrium Fœminarum eſt disquiſitio? Ad utramque, pro diverſa, quæ circa Allodia occurrit, conſideratione. Dari enim integra etiam territoria, quæ Allodia dicuntur, teſtatur & con-
5 ſenſus JCtorum celebrium (*b*) & experientia. Succeſſio itaque in Allodialibus territoriis Juris publici erit non privati. Quæ ad territorium non pertinent, privati Juris erunt, non publici, & recte circa ea utimur Jure Juſtinianeo. Pertinere autem ad territorium, quid cenſeatur, a fine æſtimandum eſſe cenſeo. Finis territorialis Juris eſt, Exercitium immediati poſt Cæſarem regiminis, Statibus Imperii in perſonas & res terri-
6 torii competentis. (*c*) De Privato Jure Provinciarum adhuc addendum: Illuſtres Familias eo non uti, niſi libera receptione, eaque ab aſſerente probata: ſunt iſta Jura, (de antiquioribus loquor non de recentioribus, quæ ſubditis feruntur) conſuetudine populi introducta. Imperantes iis obligare tanquam lege, foret abſurdum. Saxonico Jure provinciali num
7 Illuſtris Saxonica gens utatur, ſæpe fuit dubitatum. Diſſenſere olim in Conſultationibus JCti conſiliarii, ſed hodie de receptione dubitationem removet articulus ex transactione Numburgenſi 1554. quem ſupra *Part. I. ad §. fin.* recenſuimus. Brandenburgicas Familias Illuſtres aliasque communi Imperii Jure uti, ſalvis pactis familiarum, a fide dignis relatum accepi.

8 (*a*) *Coccejus Jurisprudent. public. cap. 27. numbr. 3. 4. Eyben. de Auctor. Jur. Juſtin. cap. 6. §. 44. Titius ſpec. Jur. public. cap. 1. §. 45. ſeq.* vide inprimis *Acta compromiſſi Francofurt. continuata pag. 305.*

9 (*b*) *Lyncker de Superiorit. Territor. pag. 45. ſeq. Itter. de Feud. Imp. cap. 8. Stryck. de Jur. Allod. cap. 3. num. 52. ſeqq. Eyben. Elect. Feudal. cap. 6. §. 6.* Vide plenius hæc Allodia Imperii recenſentem *Struvium de Allodiis Imperii §. 16. usque 42.*

10 (*c*) *Lyncker de Super. Territ. pag. 14.* Vel, juxta *Hertium de Super. Territ. §. 3.* Exercitium ordinandi regimen libero & proprio nomine competens, quatenus majori Reip. non eſt adſtrictum.

§. XVI.

1 Jam ſi quæramus de rebus allodiali hæreditati accenſendis; Removenda eſt illa falſa quorundam illatio: Allodialis eſt res, ergo quibuscunque debetur hæredibus, & quidem æqualiter. Sic enim confunduntur aperte ea, quæ privati Juris ſunt cum iis, quæ ex publico Jure ſunt definienda. Territorium Allodiale Germano Jure publico ad maſculos tranſit, excluſis fœminis. (*a*) Individuum eſt æque ac feudum. (*b*)
2 Male omnino eſſet philoſophaturus, qui Juris Romani regulas huc applicare anniteretur: Ergo omnes etiam acceſſiones territorii ad ſucceſſorem pertinebunt non ad hæredes. Dantur in Germania exempla provinciarum feudalium, quarum poſſeſſores ſuperioritatem territorialem feudi titulo non habent, ſed jure pleno: (*c*) abſurdum foret Comitatum, v. g. feudalem

feudalem tribuere ſucceſſori feudali, ſuperioritatem hæredibus allodii. Regalia alicubi feuda Imperii ſunt territorium ipſum allodiale. (*d*) Hoc 3
hæredibus aſſignare, illa feudi ſucceſſori, æque foret abſonum. Ut adeo axioma illud decantatum: *In dubio cenſeri rem pro allodiali*, etſi ſit verum, (*e*) uſum tamen eum habere non poſſit, ut ad ſucceſſionem hæredum quorumlibet, etiam fœminarum, ſuccedat illatio. De *acceſſionibus* territorii 4
multæ ſunt quæſtiones, de quibus ex utraque parte ſæpius magno ſtudio diſputatum. Videas enim eousque regulam Juris Civilis de æquali propinquorum ſucceſſione extendi, ut territorium, ſive feudale ſit, ſive allodiale, omni ferme apparatu denudetur, vacuusque ſucceſſori relinquatur nidus, non niſi magnis impenſis inſtruendus.

De augmentis feudi (quæ *Meliorationes* vocant vulgo) conſtans eſt 5
JCtorum ſententia, deberi hæredibus. (*f*) Huic regulæ, ſi in Imperii feudis, addo & allodiis, dandus eſſet locus, adquirent fœminæ hæredes omnia, quæcunque defunctus comparavit, exſtruxit, compoſuit, quo reditus territorii redderentur pinguiores commodioresque. Arces etiam & munimenta, quibus ſecuritati provinciæ fuit conſultum. Quod ſi æſtimationis mediocris præſtatione defungi licuerit, habituri eſſent ſucceſſores, de quo ſibi gratularentur. (*g*) Adquiſita omnia nova hæredibus debebun- 6
tur, etiam, quæ ſuperioritatis Jure Princeps ſuis adjecit poſſeſſionibus, ſcilicet quia non feudi titulo, ſed allodii ſunt quæſita. (*h*) Militum legiones, quæ forte lucroſæ fuere defuncto: Machinæ aliaque bellica inſtrumenta, allodii Jure hæredibus adquirentur. (*i*) Ærarium pecuniis forte inſtru- 7
ctum (rariſſimo hodie exemplo) & granaria, ferarum piſciumque vivaria, ſucceſſores derelinquere cogentur, ſcilicet, quia fructus ſunt feudi & allodia. (*k*) Omni aulæ apparatu ornatuque, gemmis, vaſis aureis, argenteis aliisque, picturis, equitio, bibliotheca gazaque monetaria, theſauro ſplendido reliquaque pretioſa ſuppellectile ſucceſſor exuetur. (*l*) Ita inquam 8
foret decernendum, ſi non alia quam Romani Juris habenda eſſet ratio. Verum ut dixi §. præced. Acceſſionum territorii nomine veniunt omnia, quæ ad finem juris territorialis obtinendum requiruntur. Exerceri autem territoriale Jus difficulter poteſt, niſi dignitatis etiam & ſecuritatis habeatur ratio. Ergo omnia, quæ ad dignitatem & ſecuritatem ſunt exſtructa comparataque territorio cohærere ſunt exiſtimanda, & ad patrimonium publicum pertinere, vide *Stuckium conſilio 1. num. 474. ſeq. Acta Compromiſſi Francofurt. Continuat. pag. 310.* Summariſche Anzeige, was dem Königl. Frantzöſiſchen Envoye repræſentirt worden. ap. *Kulpiſ. ad Monzamb. pag. 370.* Ergo omnia augmenta terrarum redituumque ſucceſſor ſibi jure vendicabit. Militum legiones ſine diſcrimine lucri vel oneris, 9
apparatumque bellicum, hæredes nullo Jure adjuvante poſtulabunt. (*m*) Ab ærario etiam ditiſſimo, theſauro ſplendidiſſimo, omnique aulæ ſuppellectile dignitatis cauſa comparata, excludentur. (*n*) Breviter, quæcunque Princeps Comesque qua talis, ſuperioritatis territorii nomine, vel dignitatis aut onerum, quæ incumbunt, ratione, adquiſivit & conſervavit, territorii erunt acceſſiones. Quæ ut privatus, caſu non admodum frequenti, 10
hæredibus, niſi pactis excludantur, debebuntur. Regulam hanc in familiis illuſtribus obſervatam pluries memini, ratione non obſcura, quod ſi hæredibus illa omnia eſſent tribuenda ſæpiusque mutaretur ſucceſſor, dignitas omnis atque vis, qua territorium ſuſtinetur, facile eſſet peritura. Movit hæc ratio haud dubie eos, qui diſtinguunt, an ex poſteris primi

mi adquirentis ſit ſucceſſor, an Agnatus. Illo caſu veram eſſe regulam agnoſcunt, hoc vero, pro filiabus eſſe præſumtionem. (o) Sed quam? Ne videatur defunctus alienas ſucceſſiones propriis anteponere. (p) Cur autem non præſumeres potius, adquirentem non ſuæ poſteritati, ſed ſucceſſoribus voluiſſe proſpectum? Majori certe niteretur ratione præſumtio, quod potior ſit erga Rempublicam, cujus partes fore ſucceſſores certum eſt, quam erga filias vel cognatas obligatio, cui adeo ſatisfactum vo-
11 luiſſe credendus ſit defunctus. (q) Infirmo plane conſtant fundamento iſtiusmodi præſumtiones, neque in ſucceſſionibus ab inteſtato locum occupare poſſunt, vid. dicta *Part. I. ad §. XXI. & Part. II. cap. I. §. 4. num. 17.*

12 (a) *Lyncker. dict. loc. pag. 47. Stryck. d. l. cap. 6. num. 18. Coccej. Jurisprud. publ. cap. 27. num. 4. ſeqq. Knipſchild. de Fideicommiſſ. ſam. cap. 8. num. 127. ſeq. Cothm. 5. Reſp. 3. num. 58. Reſp. 10. num. 4. ſeqq.*

13 (b) Hoc ex ipſa rei natura ſequitur, ſi enim dividendum eſſet territorium allodiale, deſineret tandem eſſe territorium. Non loquor de diviſione redituum, vid. *Wehnerus* & *Beſoldus* voce Muthſchierung, Theilung, Erbtheilung, Erbſonderung, ſed de
14 partium territorii ſeparatione. Naturalem eſſe primogeniti ſolius ſucceſſionem in territoriis omnibus, tradit *Coccej. dict. cap. 27. num. 7.* quod alii non admittunt, ſufficere enim, territoria non dividi, conſervari poſſe integra communione regiminis, opus non eſſe Juris Primogenituræ introductione; Verum recte *naturale* dicitur, quod ad Reipublicæ vel territorii conſervationem facit, litium occaſionem præſcindit, ergo primogeniti ſucceſſio eſt naturalis, vide *part. general. Tract. noſtri de Introd. Jur. Primogen. aph. ult.* ubi præſtantiam Juris Primogenituræ præ communione regiminis oſtendi argumentis, opinor, non levibus. Ultinam exempla diſſidiorum graviſſimorum inter agnatos, qui communione utuntur, non extarent.

15 (c) *Lyncker. de ſuper. Territ. pag. 45. Hertius de ſup. territ. §. 59.* & juxta *Stryck. de Jur. Allod. cap. 4. num. 4. ſeq.* & *Thomaſ. de Feud. Oblat. pag. 824.* omnes Status Imperii ſuperioritatem Territ. Allodiali Jure poſſident. Dixi de *Introduct. Jur. Primog. part. ſpecial. §. 6. num. 28.*

(d) *Lyncker. dict. loc. pag. 46.*

16 (e) *Struv. J. F. cap. 16. aphor. XI. num. 2. Horn. J. F. cap. 2. §. 6.* Multorum Auctorum conſenſum, qui deſiderant, ei ex ſemicenturia allegatorum in diſp. ſæpe dicta *de Jure Allodial.* ſub præſidio *Stryckiano* habita poterit fieri ſatis, *cap. 3. n. 100.* ubi *num. ſeqq.* eandem præſumtionem etiam ad territoria & integras Provincias Germaniæ extenſam legas, quod etiam tradit *Roſenthal. de Feud. cap. XII. Concl. 14. num. 15. Lyncker. de Super. Territ. pag. 46.* Fallere tamen regulam & præſumtionem eſſe pro Feudo, ſi major pars vel totum territorium ſit Feudale, neque memoria extet, rem, de qua quæritur, in Feudo fuiſſe ſeparatam, docet idem *Lyncker. deciſ. 565.* & *deciſ. 700. Rhetius J. Feudal. L. 1. tit. 4. Struv. Obſ. Feud. ad cap. 16. num. 9.* confer *Lynckerum in Reſponſis. Reſp. 60. num. 21. ſeq.* Porro non eſſe præſumtionem pro Allodio, ſi alletens rem feudalem ſit in poſſeſſione, *Vultej. d. Feud. L. 2. cap. 3. num. 13.* docet: Et omnino non ſequi: *Res eſt allodialis, ergo a Feudali ſeparanda*, objectum fuit Actori Gallico ab Actore Palatini Electoris in *Actis compromiſſi continuat. pag. 186.*

17 (f) *Schrader. de Feud. part. X. ſect. 18. num. 127. H. Piſt. 2. q. 42. Meiſchner. deciſ. Cameral. tom. 3. dec. 9. Struv. J. F. cap. 15. aphor. 17. num. 2. Horn. J. F. cap. 21. §. 5. Lyncker. deciſ. 626.* niſi quod Saxonum Jure omnia ſolo cohærentia eique affixa vel annexa ad uſum Feudi deſtinata ſolo cedant, *Struv. dict. loc. numer. 4.* & *in Obſervat. Feud. ad cap. 15. numero 7.* adde *Lyncker. deciſ. 470.* ampliſſime *Schweder. diſſertat. de Meliorat. Feudi.*

(g) Ita

(g) Ita video reſpondiſſe Dekherrum JCtorum Advoc. & Procurat. in Camera Imp. *Conſult. For. 7.* quæ de Melioramentis feudi eſt conſcripta *num. 45. ſeqq.* numium ex privati Jurisprudentia. 18

(h) Ita bona in fiſcum redacta, belli Jure quæſita, Allodialibus adſcribuntur in ſæpe dicta *diſp. de Jure Allodial. cap. 2. num. 34.* & regulariter hæredibus adquiri, non ſucceſſoribus territorii, *cap. 6. num. 60.* 19

(i) *Diſp. de Jur. Allod. cap. 4. num. 46. 51. 53.*

(k) *Eodem cap. 4. num. 43.*

(l) *Eodem cap. 4. num. 44.*

(m) *Coccejus cap. 27. Jurisprud. publ. num. 20.* In feudis minoribus etiam id locum habet, ut machinæ, quæ ad muniendum caſtrum comparatæ ſunt, ſucceſſoribus feudi debeantur, *Roſenthal. cap. 4. concl. 47. num. 15. Struv. J. F. obſerv. ad cap. 15. num. 8.* 20
De militum legionibus in ſpecie notandum, firmam non eſſe concluſionem: Lucrum ex iis quærit Princeps, ergo ſunt inter Allodia referendæ. Sic enim literarum ſtudia, quæ lucrum adferunt, allodialia erunt. Sed quis unquam allodii vocem uſurparet pro eo, quod homini eſt proprium. Nam eo ſenſu homo etiam membra ſua allodii jure poſſideret. Lucrum ex militum legionibus percipit Princeps, non quod commercium hominum exerceat, ſed pro ſumptibus in milites tum conſcribendos, exercendos, conſervandosque atque in officio retinendos, faciendis, quos deinde Princeps, cujus ſunt cohortes, ex ſuo componit arbitrio, ut tamen operæ militari alteri Principi vel Reipublicæ præſtandæ nihil decedat. Mirum ſane poſtulatum, fœminas a territorio excluſas hæredes copiarum fieri velle. Imo & pecuniarum lucrum ſive ſolutum ſive adhuc debitum, ſucceſſor territorii jure ſibi vendicabit. 21

(n) *Coccej. dicto cap. 27. §. 20. 21. Stukius Conſilio 1. num. 474. ſeq.* Superioritatis territorii pars eſt ærarium, *Hert. de ſuperiorit. territ. §. 9.* quo nomine non facultas colligendi pecunias, cuilibet privato libera, intelligi poteſt, ſed regale aliquod jus, quod etiam in conſervatione ad uſus publicos conſiſtit, ad hæredes non transiturum. 22

(o) *Stryck. de Jure Allod. cap. 6. num. 58. ſeqq. & num. 103. ſeq.*

(p) *L. cum acutiſſimi 30. C. d. fideicommiſſ.*

(q) Locus ſi eſſet faciendus iſti diſtinctioni, diſtinguendum foret cum *Coccejo dict. cap. 27. num. 22.* inter ea, quæ tantum ſplendoris gratia ſunt comparata, & quæ ad exercitium territorialis Juris pertinent aut Regalium (ut milites, bellicus, venatorius etiam apparatus) aut ſolo aut territorio ipſi cohærent, (ut ædificia ceteraque ad meliorem tutioremque uſum facta atque exſtructa) illa, non hæc, dicto caſu etiam filiabus tribuenda eſſent, quo refero vaſa pretioſa, ſuppellectilem, ædificiorum ornatum, gemmas, equitium & ſimilia. Probari videtur quidem diſtinctio jam dicta exemplo noviſſimo eoque maxime Illuſtri in Palatinatu, ubi Elector *Philippus VVilhelmus*, extincta cum Electore *Carolo* linea Simmerenſi, mobilia & pretioſa ſorori Electoris defuncti *Carolæ Eliſabethæ* reliquiſſe dicitur, vid. *Stryck. Jur. Allod. cap. 6. num. 38.* (In *Actis compromiſſi Francof. pag. 36.* legitur teſtamentum *Caroli Ludovici.* Excerptum ex *Caroli* Electoris ultimi ejus lineæ teſtamento, nos in *Appendice* communicamus. Sed libera ex voluntate feciſſe ſe hoc, nullo Jure cogente, Elector teſtatus eſt ſæpius in actis compromiſſi Francofurtenſis, vid. *Primitiæ pag. 87. ſeq.* Dici non poteſt, quantum adferat familiis Illuſtribus doctrina illa vulgaris de Allodiis ad hæredes quoscunque devolvendis, detrimentum. Actor ſororis Electoris Palatini *L. de Theſius* petitionem ſuam ex JCtorum Germanorum traditis confirmare ſcivit ſpecioſiſſime. vid. *Primitiæ pag. 20. ſeqq.* Acta anteriora exhibet *Kulpiſius in Notis ad Monzamb. pag. 297. usque 393.* De Dynaſtiis, prædiis, villis a poſſeſſoribus territorio comparatis, quod hæredibus filiabus debeantur, ſentiunt communiter JCti. Scio allegari conſtitutionem *Ruperti Senioris*, cognomine parvi, Palatini Electoris Anno 1395. confirmatam Anno 1444. 23 24 25

Pacto

Pacto *Stephani* & *Friderici* Principum ex familia Palatina, ut, extinctis masculis, filiabus jus succedendi esset integrum. Legitur utrumque statutum in *Electis Jur. publici Cassandri Thucelii S. Christ. Leuchtii Anno 1697. pag. 166. 328. 194.* sed in quibus rebus consistere debeat, eo casu hæreditas filiarum non definitur. Quod nisi fiat, etiamsi sit dictum, so mögen die Töchter alsdann, extincta sc. masculina progenie, zu ihrem Rechte daran stehen, vel ut in altero pacto exprimitur: die Töchter mögen und sollen denn erben, wie sichs gebühret. Non defuturæ sunt rationes successori alterius lineæ ad excludendas fœminas ab acquisitis avitis Jure tituloque accessionum. Nova si sint adquisita, distinguendum puto, an ad publicas rationes sint ab acquirente relata, an ad privatas (id quod ex declaratione dijudicandum, qua non facta, pro publicis erit præsumtio:) si ad publicas, vendicabit sibi ea jure successor, si ad privatas, transibunt privatorum Jure etiam ad filias. Memini familiarum pactis libertatem disponendi de acquisitis novis reservari. Plerumque tamen familiarum Germaniæ Illustrium pactis filiarum jura distincte expressa non leguntur, cujus causam suspicor esse, *primo*, quod de iis, quæ non metuuntur, extinctione scil. masculinæ stirpis non valde sint soliciti paciscentes: *deinde*, quod filiabus in terrarum successionibus parum juris esse velint, *tertio*, ne si forte potentiori cuidam Principi extraneo in matrimonium collocentur, is exinde ansam capiat, successori graviores movendi lites. Exemplum Palatinatus recentissimum id, quod dico, confirmat. An consuetudinem statutaque familiæ Palatinæ provocat in libello Actor *Carola Elisabetha Palatina*, non defuere Electori rationes, quas istis postulatis opponeret, & perpetuo fideicommisso affectos esse terras Palatinas probaret. Certe si condemnandus fuisset Elector ad petita libelli (quæ vulgaribus JCtorum traditis de natura rerum Allodialium speciose satis adjuvabantur) quantam successio Electoris passura fuisset jacturam!

26

27

§. XVII.

1 Hæc, quæ diximus, tametsi ratione optima niti sim persuasus, exemplis etiam rerum judicatarum sint confirmata, quarum novissimum in causa *Palatina* legimus, a Congregatione Pontificis pro Electore contra Aurelianensem 17. Febr. Anno 1702. decisum; Non tamen negare possum, ob fluctuantem nostram Jurisprudentiam, a filiabus, patrocinio vel Advocatorum vel Judicum, præjudiciis auctoritatum sententiarumque veterum imbutorum adjutis, graves successoribus moveri posse controversias, adeo ut si inter partes transactione non dirimantur, in tanta sententiarum varietate anceps fieri queat victoria successoribus territorii.
2 Consultius itaque existimo, ut pactis expressis familiæ illustres suæ prospiciant dignitati, virium auctoritatisque conservationi. (*a*) Quod consilium etiam ipsa earum conditionis reputatio dictitavit jam dudum, ut nullum esse ex Germaniæ gentibus illustribus, asserere non dubitem, quæ
3 pacta statutaque de successione filiarum non condiderit. Unde factum, ut exclusio fœminarum ab hæreditate paterna, fraterna proximorumque masculorum accepta dote, communis Germaniæ sit consuetudo. (*b*) Imo eousque itum, ut, quæ absque dubio privati Juris est, materna hæreditas, & sororum, filiabus etiam præriperetur. (*c*) Ut scilicet accrescerent omnia proli masculæ, ut nihil non omitteretur, quo familiarum opes, dignitas, auctoritas, potentia capere posset augmentum. Sed jam ad tertiam quæstionem deducor, quæ erat *de Pactorum, quæ a regula deflectunt vi & efficacia.*

4 (*a*) Multa pactis firmantur inter Illustres, quæ etiam ordinario Jure ita fieri deberent. Sed ita comparati sunt magna ex parte homines, ut nisi expresso consensu ad observandas leges obstringantur, obligatos se esse vix sibi persuadeant. Hinc origo tot confirmationum, renovationum repetitionumque antiquiorum pactorum, etiamsi mens fuerit paciscentium hæredes iisdem obstringere.

(*b*) *Struck.*

(b) *Strykius de Jur. Allod. cap. 6. num. 18.* Eandem consuetudinem totiès ferme Europæ esse auctores citati a *Stukio Consil. 1. num. 191. 318. 322. Strykio de Success. ab intest. diss. 8. §. 6.* & *Leuchtio in Addit. ad Dalmerum de Renunciat. cap. 1. num. 1.* testantur. 5

(c) Atque id non solum in Principum & Comitum, sed & Nobilium familiis usitatum esse exempla renunciationum Appendici inserta docebunt. De Bremensis Nobilitatis statuto vide *Mev. P. IX. decis. 188.* 6

§. XVIII.

Pactorum ad firmandum Familiarum Illustrium splendorem occasio quæ fuerit, jam diximus. Supra etiam ad §. IV. Jure Germanico fieri valide, differuimus. (a) Ne igitur actum agamus, de contrariis pactis, quæ dicenda superstant, hic addemus. 1

Naturale est, ut eadem ratione, quo aliquid est colligatum, rursus dissolvatur. Pacta igitur, quæ prioribus sunt contraria, eodem consensu, quo antecedentia fuere inita, fient irrita. Res est omnino non nova, pacta contrario paciscentium consensu immurari, & plane tolli. *Pacta novissima*, inquit Imperator, *servari oportere, tam juris quam ipsius rei æquitas postulat, L. 12. C. de Pactis.* De *hæredibus* major est dubitatio. Si omnes, qui familias sustinent, consenserint novo pacto, nihil est, quod abrogari præcedens impediat, vel ut ei derogetur. Si aliqui tantum consenserint, ii tantum, qui diversa iniere placita, tenebuntur, ceteri jura omnia salva retinebunt. Quibus tamen, si reliqui communi consilio studioque adversentur, pactumque pro utilitate familiæ initum tueantur, injuria non fiet. De statutis pactisque familiarum quæ, (intentione prima paciscentium) perpetua esse debuerant, loquimur, non de iis, quæ uno alterove casu fuere facta, quibus derogatur pro lubitu. 2 3

Illud quæsitum memini, num pacto familiari derogari posset, ab eo, qui *Caput est familiæ, (b)* & eo nomine a cæteris agnoscitur. Finge, expressum esse pacto familiari, ut Filiæ non nisi facta renunciatione omni allodiali, maternæ etiam hæreditati, elocentur: Principem familiæ dotalibus pactis filiabus quæ nascerentur, maternam hæreditatem reservasse, ad renunciandum, cum desponsarentur, eas non obstrinxisse, testamento etiam ne excluderentur caviisse: Defuncta matre fratres antiquo miti pacto, & filiarum successioni contradicere. Facti magis quæstionem esse, quam Juris existimo. An scilicet in familiari pacto, quod allegatur, id sit actum, ut lege perpetua filiæ essent excludendæ, omnisque prohibita contraria dispositio. An vero ille articulus libertati disponentium sit relictus. Illud, si actum est, jure conquerentur fratres præripi sibi a filiabus hæreditatem. Hoc vero si voluere paciscentes, iniqua erit fratrum postulatio. Solent Illustrium Familiarum pacta raro unius tantum articuli gratia fieri. Sunt inter eos alii principales, alii accessorii. Illi mutationem facile non recipiunt, hi leviori negotio. Adeo autem excludi filias ab hæreditate materna, ut fundamenti loco, cui familiæ decus inniteretur, statutum tale esset habendum, cui etiam nulla dispositione inter vivos vel mortis causa possit derogari, non est præsumendum, sed evidentiori opus habet probatione, confer §. 44. Quod si alia etiam exempla adduci possint, quibus ab isto pacto fuerit recessum, constabit exinde, non id actum fuisse, ut libertas paciscentium constringeretur. Tandem Principis Familiæ 4 5 6

auctoritati id erit concedendum, ut quid expediat genti ſuæ, quæque ſit pactorum interpretatio, dignoſcat optime judicetque. Gravior omnino erit futura a parte filiarum difficultas, ſi ad renunciandum fuerint adductæ, quod poſtremum eſt, de quo quærebamus.

7 (*a*) Illud hic addendum: an Juri communi pactis & ſtatutis derogare liceat? ſi verum eſt, Principes & ſtatus Imperii Legislatoria poteſtate contra jus commune eſſe præditos; conſequens eſt, ut etiam ſtatutis & pactis familiarum derogare liceat Juri communi: Atqui verum eſſe antecedens probatum dedit celeberrimus *Thomaſius diſput. de Statuum Imp. poteſtate Legislat. contra jus comm.* ex quo licebit ea, quæ ad ſcopum faciunt excerpere. Poſt recenſitas celebriorum Juris publici Conſultorum ſententias &
8 formatum §. 30. quæſtionis ſtatum, *de Jur. Naturæ*, (quod generaliori ſignificatu etiam Jus commune dici poteſt) *ſtricte ſic dicto*, pro *regulis ſc. Juſtitiæ*, quæſtionem negat §. 32. *de Regula Decori* affirmat, & diligenter inculcat, legem civilem eſſe decori normam, non opinionem hominum normam legis §. *33. 35. ſeq.* atque hunc eſſe ſenſum *Ord. Cameral. P. I. tit. 57.* ubi præſcribitur norma judicandi nach redlichen
9 erbaren ländiſchen Ordnungen und Gewohnheiten. §. *37. ſeq.* Porro de legibus poſitivis Imperii publicis, quoad illæ Statum Imperii publicum reſpiciunt, negat quæſtionem, affirmat, ſi de iis ſit ſermo, quæ territorii uniuscujusque reſpiciunt adminiſtrationem, cum hic neque Imperatori neque Statibus aliis ullum fiat præjudicium. (vid. *deliberat. Comitial. apud Pfeffinger. ad Vitriar. L. 3. cap. 7. num. 5. lit. a.*) Idque verum eſſe, licet clauſula derogatoria ſint muniti Receſſus Imperii §. 50. neque poſteriori ſanctione Imperatoris Juri ſtatutario derogari poſſe, argumento *Inſtrum. Pac. art. 8. §. 4.* probat. vid. *Coccej. Jurisprud. publ. cap. 23. §. 4.* & exemplo conſtitutionis Carolinæ 1529. de Jure repræſentationis in linea collaterali ſublato, illuſtrat. §. *55. ſeq.*
10 (conf. *Lyncker. deciſ. 1409.* Ulterius *de Jure Provinciali communi* dubium nullum eſſe, quod derogari ei poſſit §. *60. ſeq.* ubi de Conſenſu Ordinum Provinciæ, & interpretatione verborum mit Einrathen vel mit Zuthun. Confirmatio autem Juris Provincialis ab Imperatore ut petatur, neceſſarium non eſſe, §. *66.* Camerale Judicium in judicando conſuetudines Provinciarum attendere teneri §. *66.* Tandem de Juſtinianeo Jure & Canonico, tanquam ſubſidiario quæſtionem affirmat, & exemplis factæ derogationis illuſtrat, falſumque eſſe docet axioma vulgatum: Interpretanda eſſe Jura provinciaſia, ut quam minime a Jure communi recedant. Hæc omnia ſi ad pacta familiaria applicentur, tot Voluminibus, quæ de pactorum ineundorum libertate, eorumque vi & efficacia ſunt conſcripta, carere poteramus. Confer *Stukium Conſilio I. num. 323.* ubi Legem *Ord. Camer. P. I. tit. 13.* etiam ad ſtatuta illa & conſuetudines
12 renunciationum adplicat. Quod de interpretatione Juris ſive ſtatutorum dictum, ita intelligo, ut, ſi ex negotii natura poſſit deſumi interpretatio, facienda ſit poſthabito Jure communi, idque maxime rationi convenit, nam ſi permiſſum eſt pacta facere, ſi ex conſenſu naſcitur obligatio, volunt etiam jura, ut interpretatio ex intentione paciſcentium vero ſimili fiat. Sed, ſi de mente contrahentium conſtare nequeat, nihil vetat, ut in interpretando ad normam Juris communis non quidem Romani, ſed patrii, quo familiæ illuſtres utuntur, recurramus.

13 (*b*) De capite familiæ præter ea, quæ *Schilterus in Inſt. Jur. publ. Lib. 1. tit. 13.* collocavit, nihil adhuc publicis ſcriptis proditum memini: Titulum hunc originem debere exiſtimo non Senii privilegio, vel communioni terrarum, ſed Introductioni Juris Primogenituræ. Nam ubi hoc jus non viget, inauditum eſt aliquem ex familia hoc titulo inſigniri. E contra, ubi primogenitus eſt terrarum ſucceſſor, is reſpectu cæterorum de familia, qui apanagiati vel paragiati appellantur, *Caput familiæ* dicitur, non, quod hi illi ſint ſubjecti, ſed quod rerum negotiorumque in familia ſit director, ita, ut nihil ardui ſine ejus arbitrio ſuſcipiatur, quod directorium, ab eo, quod inter familias illuſtres commune terrarum regimen, vel alia jura communia habentes viget, plane eſt diverſum. Ibi enim arbitrium negotiorum ſibi vendicat, qui caput familiæ dicitur. Hic, quid ſit director verbis Pacti Familiæ Saxonicæ 1641. quam formulam ſequentia pacta hujus familiæ, imo & aliarum in Imperio, retinuere, explicamus: welches Directorium an und vor ſich ſelbſt nichts iſt, als die Ehre der Ober-Stelle in allen

Zuſam-

Zuſammenkünfften, Rathſchlägen, Händeln und Sachen zu haben, und zu halten, die gröſte Aufſicht, Sorge und Mühe von denen andern Herren Brüdern und Vettern zu tragen, was recht und nütze, zu erinnern, anzuführen, fortzutreiben, Rathſchläge fürzunehmen, darinne das Præſidenten-Amt zu führen, zu proponiren, und zu fragen, und wenn die Vota einander gleich ſind, den Ausſchlag zu geben, und hierdurch die mehrern zu machen, ſonſten aber die Vota abzuzehlen, und nach denen meiſten zu ſchlieſſen. Cum itaque res ſit præjudicii non levis agnoſcere aliquem pro familiæ capite, ita non mirum negari hunc titulum Principi vel Comiti ex familia, ab his, qui illi nulla alia ratione, quam communi gentis nomine ſunt conjuncti, cæterum rationes ſuas juraque habent ſeparata ab illo non dependentia. Ad *Schilteruum diſſ. loc.* poſſent moneri nonnulla ſpeciatim, ſed Lectori jam ex his, quæ diximus aperta fore, confido.

§. XIX.

Beneficio commodoque ſuo privato quemque renunciare libere, adeo naturale eſt, ut nulla civilis poteſtas eam libertatem, ubi ſcilicet de tertii præjudicio non agitur, lege unquam reſtrinxerit. (a) Quæ enim inconſulta foret legislatio civilis, bono, quod quis non appetit, aliquem onerare. Neque hoc voluere Leges Romanæ, ex Juris Quiritarii principiis illa tantum pacta, quibus hæreditati renunciatur, prohibentes. (b) Validæ ergo ſunt Germaniæ Jure moribusque renunciationes filiarum ex conſenſu, modo ſit liber, nullo nec metu nec dolo aut errore interveniente. (c) Hoc enim ſi factum ſit, non obligabitur filia renuncians, idque ex naturalis Juris dictamine, cui etiam Jura civilia adſiſtunt. Habebit igitur Jus omne intemeratum, quod habitura fuiſſet, ſi non renunciaſſet. Quid, ſi de Jure ſuo non informata renunciaverit? Aut noluit informari: aut non potuit, aut relationi ſibi factæ ſine ſuſpicione fidem habuit. Primo caſu ſuam luet culpam nec reſtituetur. (d) Secundo & tertio, ipſi ſubveniunt Jura, quæ obligari aliquem dolo alterius non permittunt. (e) Renunciavit filia ſine Curatore? Ubi Curatore opus, ſolennitatis defectus actum reddet fruſtraneum. Ubi opus non eſt, actus ſubſiſtet. (f) Jurisjurandi acceſſit religio? Hic ſubſiſtendum. (g) Alia eſt *juris* quæſtio, alia *præjudicii* menti inhærentis. *Jure* naturali & Civili Romano, pro acceſſorio habetur vinculo obligationis jusjurandum, quod novam obligationem non pariat, ſed priorem firmet. (h) Ubi ergo ceſſat obligatio, ceſſabit etiam vinculum acceſſorium, quia non entis prædicata ſunt nulla. Pontificio Jure alia obtinuit regula: Obligationem novam inter jurantem & Divinum Numen contrahi, cui ſatisfieri oporteat, ubicunque citra periculum æternæ ſalutis fieri poſſit. Quo Jure etiam Proteſtantibus utendum eſſe, volunt JCti. (i) *Præjudicii* quæſtionem intelligo, cum qui ad jusjurandum conſilio iniquo adductus, jure adjuvari non vult, peccati metu, firmiter ſcil. credens, Deo ſe eſſe obligatum. Huic ego, ſi a præjudicio liberari ſe non patitur, ut obſervet diligenter promiſſa, ſuaderem, ubicunque in Deum nec alios homines peccatur.

(a) *Dalnerus de Renuncit. cap. 6. num. 3.* Dubitarunt aliquando interpretes de jure nondum quæſito, ad *L. 14. & L. 21. C. de donat.* ſed tamen & ſpem in poteſtate noſtra eſſe, & pacto de ea convenire poſſe Jura Romana non prohibent, *L. 46. π. de pact. L. 11. de har. vel act. vendit. L. 3. C. de donat.* Teſtimonia DD. affatim vide apud *Dalner. d. l.*

7 (b) *L. fin. π. de suis & legit. hared. L. 3. C. de Collat.* quas leges cum ex naturalibus principiis deducere volunt Interpretes, operam perdere mihi videntur. Contra puto, nihil magis rationi naturali adversum esse, quam homines consensu suo, in rebus commercio humano subjectis, non obligari, eaque quæ placuerunt, non custodiri, vide *Stukium dict. Consil. num. 429.* Et cum Jure Romano, si filius in patrem quantum satis, contulerit, non permittatur patri judicium filii inquietare, *L. 1. §. 3. si quis a parente manumiss.* Et incertum conditionis, (v. gr. si sine liberis decesserit) conventione, non iniquis rationibus, finiri, rescripserunt Impp. Severus & Antonius *L. I. C. de Pact.* Mirum sane, quod pactum filiæ, ut, dote accepta, reliqua abstineat hæreditate, nullam habere vim pronunciaverint. Magis mirum, quod interpretes nequidem si legitimam acceperit filia, pactum admittant, quia scil. viventis non sit hæreditas. Si ergo rationi adversum adeo esset tale pactum, cur quæso validum pronunciarunt, si accesserit Jusjurandum. An igitur firmantur jurejurando, quæ contra naturam rei, contra rationem naturalem fiunt?

8 (c) *Dalnerus de Renunc. cap. 5.* unde est quod personæ, quæ consensum adhibere nesciunt, renunciare valide nequeant.

9 (d) Damnum enim quod quis sua culpa sentit, Jure sentit, *L. 203. π. de R. Jur. cap. 68. de R. J. in 6to.* Deinde donandi animus præsumetur. *arg. L. Nesennius 34. π. de Neg. gest. L. 27. eodem.* Observandum hic, quæstionem hoc loco esse, non de eo casu, quo filia renunciat ex consuetudine familiæ, nam ita certioratio, quam vocant, & si non fiat, actus tamen jure subsistet, ut mox ostendemus in exemplis, sed de illo casu hic quæri, si renunciatio magis sit extendenda quam consuetudo aut statutum regulariter exigit, v. gr. ad successionem sororum.

10 (e) Dolo enim agit, qui ab altero renunciationem Juris flagitat, neque tamen, de quo Jure agatur, cum vult informari, *L. 2. §. 5. & L. 12. de doli mal. except.* Certiorationem illam solennitatis causa requirunt *Dalnerus cap. 17. num. 18. Joh. Torre de Pact. Success. L. 2. cap. 30* ubi *num. 26.* de Jurejurando (quo accedente opus non esse certioratione asserunt nonnulli,) distinguit, an ignorantia sit juris an facti: si *juris*, facit *Torre* cum reliquis, qui herbam Betonicam esse dicunt jusjurandum, omnes infirmitates sanantem. *Factum* si ignoret renuncians, v. g. patrimonii quantitatem, non sufficere jusjurandum ait. Mihi videtur parum profeciſſe hæc distinctio. Ubicunque enim consensum excludit ignorantia, ibi jusjurandum nunquam sanabit actum. Atqui etiam ob juris ignorantiam non consensisse censentur, qui ignorant Jura non cuivis 12 obvia, vel qui de Jure amittendo agunt. *L. 7. π. de Jur. & fact. ignor.* Ergo etiam non obstringentur jurejurando. Si an facta sit certioratio, sit dubium, multa disputat *Kellenbenz quæst. 4.* ad quam notat *Schilterus*, aliam esse quæstionem Juris, aliam prudentiæ. Ibi, in tanto JCtorum dissensu, veriorem esse sententiam, quod, etiamsi instrumento non sit expressum, neque testibus probari queat, tamen valida sit dicenda renunciatio, non, quod non requiratur certioratio, sed quia factam esse sit præsumendum. Prudentiæ autem esse, ut exprimatur in instrumento, quo magis sc. lites evi- 13 tentur. Eo autem more utuntur familiæ Illustres, ut filia renunciatura admoneatur de consuetudine renunciandi, non adhibita ulteriore juris deductione, & tum renunciatio sequatur viva voce, plerumque scripto. Scilicet supponitur, more Germaniæ filias a successione regulariter excludi, ampliori ergo certioratione opus non esse, vide *Andr. Gerhardi JCti Responsum in Leuchtii Addit. ad Dalnerum pag. 98. seq. Stukium Consilio sæpe laudato I. num. 453. 457. Lyncker. decis. 319.* Ubi ergo renunciatio præter consuetudinem extenditur, ibi certiorationis omissio actum haut dubie vitio afficiet. *Formulas* ejusmodi admonitionis fieri solitæ in Appendicem retulimus.

14 (f) Dixi *Part. I. §. XXVI.*

15 (g) Dici non potest quomodo sese hic torqueant Interpp. Fit hoc vel Juris naturalis principiorum neglectu, vel juris superstitiosi nimio amore. Adferre possem ex *Torre, Kellenbenzio*, aliisque recentioribus ejus rei testimonia, sed cum scribere non instituerim,

tim magnum Volumen, ſufficiet indicare genuina deciſionis principia. Firmata itaque theſi, quod renunciationes de hæreditate bonis moribus Germanorum aliarumque gentium adverſæ non ſint, quidquid etiam de bonis moribus, i. e. Legibus Civilibus Romanorum ex Juſtinianeo Jure probetur: Nulla poteſt dari ratio idonea, cur ad formam negotii renunciationis adhiberi oporteat Jusjurandum. Debet originem iſta 16
opinio communis Juri Canonico, *cap. quamvis de pact. in VI.* Scilicet Jura Civilia res ſeculi tantum quærunt, Pontificia jura æterna magis reſpiciunt. Ex hypotheſi igitur illa, quod renunciationes jure Civili ſint illicitæ, invalidæ; ad confirmandas eas ex Pontificum ſolicitudine pro animabus, petendum erat præſidium. Non obſcurum eſſe arbitror, concidente ſuppoſito, omne ſuperſtructum ſua ſponte collabi.

Cur ergo adhibentur hodienum juramenta ad renunciationes filiarum? Reſpon- 17
detur primo, non ubique eandem eſſe conſuetudinem: ſæpe enim tantum promiſſioni earum ſtatur. Et firmam eſſe renunciationem injuratam moribus Germaniæ teſtantur *Mevius 3. deciſ. 270, Lynckerus dec. 1414. & 1472.* Ubi autem mos renunciandi receptus mediante jurejurando, introductum eſſe puto ea tempeſtate, qua ratione potius uti, quam a JCtorum & Canonum traditis recedere, adhuc eſſet religio: poſtmodum retenta conſuetudo, ut ſuſpicor ex illa cautela, quam *Schilterus* ſæpe commendat, ne forte, ſi res in judicium deducatur, Juris-Conſultus aliquis ex veteri præjudicio, nullam eſſe renunciationem, reſpondeat, adeoque præſtet via incedere tutiſſima. Tanta inquam vis eſt opinionum communium. Appoſite *Anton. Faber*, ſummus JCtus, eam eſſe ſui temporis, (vereor ne etiam de noſtro ſit verum) conditionem, ait, ut quisquis Jurisprudentiam honorifice, atque utiliter profiteri velit, nihil aliud inquirendum habeat, niſi quid in quaque quæſtione magis communiter ab Interpretibus probetur. *Error. Pragmat. decade LXXIV. Err. 5.* Sed tamen nec Pontificio Jure requiritur 18
Jusjurandum actu corporali, ſed ſufficere qualitercunque præſtitum ad renunciationes, neque ex *dicto cap. quamvis* aliud probari, demonſtravit *Andr. Gerhardus dicto Reſponſo pag. 91. argum. cap. 3. x. de his, quæ vi metusve cauſa fiunt. cap. 28. de jurejur. cap. licet eodem in Vto.* Renunciatio itaque, ſi eſt ex aliis cauſis, quæ conſenſum aut 19
obligationem impediunt invalida, neque jurejurando firmabitur. *L. fin. C. de non num. pec.* Si verus adeſt conſenſus, ſi vera obligatio, jurejurando, niſi ex cautela prædicta, opus non erit. vide omnino *Schilterum ad Kellenbenz quæſt. 3. inf.*

Sed an *Relaxatione* jurisjurandi opus habebit filia, quæ inique renunciavit & jura- 20
to? Habere exiſtimo, non quod vinculo aliquo ſit obſtricta, ſed ne ex proprio judicio ad actum jurijurando contrarium feſtinet. Diſtinguunt alias JCti *Relaxationem* ab *Abſolutione.* Hanc reſpicere vitia jurisjurandi Canonica, ſi ſcil. ſit contra Deum, Rempublicam, debitam hominibus charitatem: ubi cum nulla ſit jurisjurandi obligatio, tantum a peccato abuſus nominis divini abſolvendus ſit, qui juravit. *Relaxationem* dicunt fieri a vinculo, quod lege tantum civili prohibente fuerit contractum. Ego ita ſum meditatus: Legis Civilis prohibitionem non minus impedire obligationem jurisjurandi, quam naturalis aut poſitivæ divinæ. Obedimus enim poteſtati civili ex Lege naturali & divina. Nulliter agere, qui lege prohibente agit, nullum itaque eſſe jusjurandum, obligationem nullam. Si eſſet aliquod vinculum, cum Deo unice contraheretur. Et ab humana poteſtate diſſolvi non poſſet, vid. *Lyncker. Analect. ad Jus Canon. Deſſelii 2. 24. 4. & in Commentar. ad π. tit. de Jurejurando in Contrariis,* ubi *Grotii Sententiam L. II. c. 15. de Jure Bell. & Pac.* reprobat. Quomodo ergo 21
relaxatione diſſolvi vinculum dici poterit, quod non fuit contractum? Quis enim eſt, qui affirmare audeat promiſſionem jurantis a Deo acceptari, ideo, quia intervenerit nominis divini invocatio? Nullam ea de re habemus divinam revelationem. Sine acceptatione autem promittentem alteri obligari a natura obligationis eſt alienum. Supereſt, ut dicamus, Juris Pontificii figmentum eſſe omnem de vinculo peculiari jurisjurandi in actibus jure civili prohibitis doctrinam. *Deſſel. Erot. Jur. Canon. L. 2. tit. 23. qu. 3.* Unde cum impleri promiſſum non permitteret cauſæ iniquitas, relaxationis introductione erat opus. Cujus poteſtatem Pontifices eo usque ſibi ſumſerunt, ut etiam juſtas obligationes, ſi ſuæ tyrannidi adverſarentur, diſſolverent. Quod animadvertit *Lyncker. Analect. Jur. Can. l. 49. 4. & L. 2. tit. 24. 4. 4. & L. 3. 34. 5.* ubi de votis agit.

22 Uruntur autem relaxatione etiam Proteſtantes, ut declaretur, obligationem principalem, cui juramentum acceſſit, eſſe invalidam, ne, ſi cuilibet civi liceret proprio ex judicio promiſſionem juratam transgredi ſine cauſæ cognitione, faciles etiam forent homines ad legitimum vinculum migrandum. Cautionem judici ea in re obſervandam exponit *Mevius P. I. deciſ. 132.* varie & inconſtanter ſentit *Carpzovius*, vide *2. Conſt. 35. def. 3. & 2. def. Conſiſt. 28.* nec mirum, cum diverſa principia, quibus utrique innititur, conciliari nequeant. 23 Sequitur porro declarationem illam, ſeu relaxationem, ut vocant, eſſe petendam a ſuperiore. Eſſe autem cognitionem hanc fori politici non Eccleſiaſtici. Agitur enim de vinculo obligationis civilis *Lyncker. Anaſect. ad Sweder. part. ſpecial. Sect. I. cap. 16. §. 15. Mynſing. 6. Obſerv. 84.* ſi de vinculo jurisjurandi ageretur, ad Eccleſiaſticum forum eſſet remittenda cognitio. Ex hypotheſi ſcilicet eorum, qui forum Eccleſiaſticum a politico, perinde ut ſacras res a profanis diſtinctum eſſe credunt.

24 Diſtinctione hac, a Pontificibus Romanis & eorum aſſeclis excogitata, Proteſtantes carere poterant. Ita Pontificium Jus ſapiunt vocabula *Juris Epiſcopalis*, quod *Sacrorum Jus* dici debebat, ſed jam ex Principibus Epiſcopos faciunt. *Meditat. ad Inſtr. P. Art. 5. §. 48. Lit. 3. p. 708. ſeq.* Alia eſt quæſtio, an ſeparentur utiliter judiciariæ cognitiones, ita, ut aliæ judicio, quod Politicum vocant, aliæ Eccleſiaſtico tribuantur, vide locum *Seckendorffii Hiſtor. Lutheraniſmi Lib. 3. Sect. 31. §. 19. num. 35.* Poteſtatem Principis hac in parte in dubium nemo vocabit, ſed propterea tamen Eccleſiaſticum Judicium non minus dici poterit Politicum. Non loquor de tali Collegio, in quo de doctrina fidei promovenda tuendaque contra errores Conſultationes inſtituuntur, ſed ubi judiciariæ cauſæ tractantur. Quibus ſi Theologi adhibeantur, non fit ideo, quod cauſarum natura diverſitatem externæ profeſſionis requirat, ſed quod Princeps Theologis ceu viris prudentibus utatur, unde non abſurdum conſiliis etiam politicis, ſi idonei ſint, eosdem adhiberi, vid. *Lynck. de Grav. extraj. p. 253. n. 25.* Officium autem ſuum non facere Principem, Evangelicum cumprimis, (Pontificis enim abunde proviſum eſt) qui Miniſtrorum Eccleſiæ honores & beneficia non augent, ſi digni inveniantur, oſtendit *Thomaſius integra Diſſertat. de Augendis ſalariis & honoribus Miniſtri Eccleſiæ*, ſed nimium digredimur. 25 Qui exceptiones contra renunciationes opponi ſolitas brevi compendio legere deſiderat, adeat *Conſilium II. apud Breulium pag. 583. ſeq. Stuckium dicto Conſil. I. num. 400, ad §. 453.* ubi orditur rationes decidendi.

26 (*b*) Id, quod contra *Grotium L. 2. cap. 13. §. 14.* demonſtrat *Pufendorff. J. N. G. L. 4. cap. 1. §. 6. 8.* inprimis *Thomaſius Jurisprud. Divin. L. 2. c. 19. num. 14. 25. 31. 47. & in fundamentis ad hoc caput num. 7.* adde *Lyncker. ad tit. π. de Jurejurando part. general. in Contrar. Huber. de Jure Civitat. L. 2. ſect. 6. c. 3. n. 25. ſeq.* & quæ ibi notat *Thomaſ. Mev. 1. dec. 147.* vid. eundem *part. 1. d. 132. Gail. 1. Obſerv. 22. 23.* & *2. Obſerv. 77.* 27 Finge ad renunciationem juratam fœminam iniquo conſilio eſſe inductam: Sponſum non informatum ſatis, matrimonii conſummationem acceleraſſe, cum deinde ad pacta dotalia ventum eſſet, renunciationis inſtrumentum exhiberi. Uxorem pœnitere facti, ſed conſcientia teneri. Non poterit maritus agere ſuo nomine, quia de uxoris bonis foret quæſtio, non uxoris, quia hæc jurisjurandi vim apud ſe experitur. Ergo mercandum erat cautius.

28 (*i*) vide *Carpzov. 2. Conſt. 35. def. 3. Franzk. 2. Reſolut. 3. ſeq. Mev. 3. dec. 273.*

§. XX.

1 Solent autem fieri Illuſtrium Fœminarum renunciationes in nonnullis familiis, non modo ad excluſionem filiarum a paterna hæreditate obtinendam, ſed etiam ſolennitatis gratia & conſuetudinis. Nam etſi non renunciarent filiæ, tamen forent excluſæ a ſucceſſione, non territorii modo, ſed & reliquæ, ſi quæ ſit, hæreditatis paternæ, fraternæque, imo & ubi

ubi ita lege familiæ perpetua ſtatutum, maternæ. (a) Alibi in renun- 2
ciationum formulis, quarum exempla in Appendice damus, caſus certi exprimuntur, quibus reſervantur filiabus ſucceſſionum jura, v. gr. poſt extinctam omnem familiam maſculam, ex qua natæ ſunt. (b) Ita Saxonica Gens utitur ſolennibus renunciationum, & tamen certum eſt, filias ab omni hæreditate, etiam mobiliari, vi pacti hæreditarii, quod *Confraternitatem* vocant, fore excluſas. (c)

(a) Poſito inquam familiæ ſtatuto vel conſuetudine, *Stryck. de Succeſſ. ab inteſt. diſſ. 8. §. 13.* 3

(b) Illuſtrabitur hoc formulis Renunciationum in Appendice, & quæ mox dicentur, exemplis.

(c) De Confraternitatibus ſupra ad §. *IV.* aliqua collocavimus, plenius hanc materiam 4
tractavit poſt *Carpzovium Stryckius de ſucceſſ. ab inteſt. diſſ. 8.* Was von Güthern an ein Glied derer Erb-verbrüderten Häuſer kommt, das wird vi pacti ſo fort mit der Qualität der Erb-Verbrüderung afficiret, Axioma eſt, in familus hisce illuſtribus ſæpe auditum. Non tamen ita intelligendum, quaſi ea fuerit intentio paciſcentium, ut præſcinderetur unicuique facultas de rebus ſuis diſponendi, vel etiam bona immobilia nove acquiſita ab iſta lege eximendi, neque enim hoc verbis pacti ſucceſſorii continetur, ſed quod omnia acquiſita cenſeantur eſſe mutuæ ſucceſſioni deſtinata niſi adquirens aliam mentem fuerit teſtatus. Verba pacti ſunt ſequentia; Verbrüdern, vereinen und thun uns zuſammen gegenwärtiglich in der allerbeſt- und beſtändigſten Form, Weiſe und Maß, als ſolches Jure publico militari, und ſonſt zu Recht geſchehen kan und mag, mit allen unſern Churfürſtenthumen, Fürſtenthumen und Herrſchafften, Lehen, Angefällen, Anwartungen und Pfandſchafften, mit allen unſern Landen und Leuten, die wir itzo haben, oder hernachmahls gewinnen mögten, alſo es geſchehe, daß der Allmächtige GOtt lang zu verhüten geruhe, daß unſere einige vorgenannte Partheye, oder Unſere Leibes-Erben, nach uns hinführo von Erben zu Erben ſtürben, daß alsdann derſelben abgegangen Churfürſtenthum, Fürſtenthum und Herrſchafft-Lehen, Angefällen, Anwartungen und Pfandſchafften, mit Landen und Leuten, Erben, Eigen, Kleinodien, Schulde und Gulte, Geſchütz und zugehörigen Artoleren, auch aller andern fahrenden Haab, nichts ausgeſchloſſen, beweglich oder unbeweglich, die wir anitzo haben, oder wir oder unſere Leibes-Lehens-Erben gewinnen würden, in aller Maſſen, wie folgt, auf die andern Chur- und Fürſten und alle Ihre Leibes-Lehens-Erben gäntzlich und gar zu Erbeignen in aller maſſen als die von natürlicher angebohrner Sippſchafft, als Kayſerlichen Recht-Geſetzen, Rechten und löblichen Landes-Gewohnheiten ererbet und angeſtorben wären, gefallen, und erblich bey ihnen und ihren Erben, als rechten Erb-Herren bleiben ſollen. Si ergo etiam a mobiliari hæreditate excludantur filiæ vi hujus pacti, reſervatio ſucceſſionis in mobilibus non erit valida alio caſu, quam ſi familiæ maſculæ tantum aliqua linea, non ſi tota progenies, foret extincta, vide formulam in Appendice.

§. XXI.

De Jurisjurandi uſu etiam notandum, interdum ſolenne Jusjuran- 1
dum a filiabus viva voce actuque corporis requiri, ſæpe etiam remitti, cum prius in ſolenni conventu Parentum, Propinquorum, Conſiliariorumque præſtare id filia fuerit juſſa, formula prælecta, digiti pectori impoſiti: Tum demum ſtipulata manu contentum ſe fore, parens, vel qui exigit juramentum, declarat. Inſtrumento tamen renunciationis, quorum aliqua exempla in *Appendicem* retulimus, juramenti formula nihilominus inſeritur. Omnes ejusmodi ſolennitates a conſuetudine pendent fa- 2
miliarum, quæ ubique non eſt eadem. Cæterum renunciationes hæ a

filiabus

filiabus non niſi cum matrimonium contrahunt, requiri, conſuetum, & dotis conſtitutionem, (a) aliaque præſupponunt, quæ altero Partis hujus capite exponere eſt animus.

3 (a) Quod ſi ante matrimonii conditionem oblatam filiæ pactis ejusmodi renunciativis, durioribus forte quam alias moris eſt, obſtringantur, rata quidem erunt, ſi libero facta ſunt conſenſu, ſed id periculi habent, ut conditionem matrimonii filiæ difficilius ſine inventuræ, cum inter illuſtres etiam ratio habeatur bonorum ab uxore inferendorum, ut amoris conjugalis ſint condimentum.

§. XXII.

1 Hæredes renunciantis filiæ obligabuntur eadem ex ratione, qua uniuscujusque pacti vinculum ad hæredes transire, Jure naturali & civili docemur. (a) Exceptio erit, ſi ex negotii, quod actum eſt, circumſtantiis appareat, renunciantem filiam hæredes a petitione excludere noluiſſe. (b)

2 (a) Diſtinguunt alii, an filia deceſſerit vivente patre, an eo defuncto. Si patri ſupervixerit filia, deſcendentes ejus obligari renunciatione *argum. L. I. §. 6. π. de ſuis & legit. ubi Brunnemannus. Ant. Fab. 2. Cod. 3. def. 15.* ſi patre vivo fuerit defuncta filia, deſcendentibus ejus non obeſſe renunciationem, etſi hæredes matris fuerint facti: *arg. L. 96. de condit. & demonſtr.* quia ſcil. jure proprio tum ſuccedunt nepotes & matrem repræſentant, non quoad perſonam, ſed quoad gradum. Ita *Berlich. part. 2. concluſ. 43. num. 14. 17.* adde *Fromm. de Epiſt. pacti renunciat. hæred. reſerv. §. 23. & 40.* Rationi tamen magis convenit, & recepta uſu eſt ſententia, quæ ſine diſtinctione hæredes renunciantis obligari ſtatuit. Non ſolum, ſi vi ſtatuti vel conſuetudinis filia renunciet, vid. *Muſculus, de ſucceſſ. convent. membr. 2. num. 247. ſeqq.* ſed etiam, ſi prima vice fiat renunciatio, cum in pactis non tempus implementi, ſed obligationis ſit inſpiciendum. Quemadmodum enim ſpes in hæredem transmitti dicitur, *§. 4. Inſt. de V. O.* ita etiam ſpes hæredi poterit auferri. Porro: Si obligantur hæredes renunciatione matris, quando eorum eſt facta mentio expreſſa, obſtringentur non minus, ſi de iis expreſſe nihil eſt dictum. Pactorum enim omnium & ſtipulationum ea eſt natura, ut hæredes non excepti, iis obligentur, *L. 13. C. de Contrab. & committ. ſtipul. Mev. 5. dec. 349. Lyncker. Reſponſo 60. num. 13.* Antecedens defendit *Kellenbenz. Quæſt. 33. num. 46. ſeqq.* a quo etſi diſſentiant inter alios *Carpzov. part. 2. Conſtit. 35. def. 12. Hartmann. Piſt. 4. q. 7. n. 7.* nullam tamen percipio evidentem diſſenſus rationem. In Familiis illuſtribus, de quibus nos jam agimus, res poſita eſt procul omni dubio, vid. *Stryck. de ſucc. ab inteſt. diſſ. 8. §. 80.*

3 (b) Ratione plane naturali, quod renunciatio ultra ea, de quibus conventum, extendi non poſſit.

§. XXIII.

1 Quæſitum eſt aliquando, an renunciationes filiarum illuſtrium actis ſint inſinuandæ. Dubitandi ratio erat, quod donationis vim haberent. Sed fieri iſtas renunciationes ſemper judicialiter dictum, *Part. I. ad §. fin.* Deinde, quod de donatione adfertur, locum hic habere non poteſt, cum non adſit quantitas certa, quæ donata dici poſſit. conf. *Kellenbenz quæſt. 6.* & quæ ibi notat *Schilterus, Stuckium Conſil. I. num. 450. ſeqq.*

§. XXIV.

§. XXIV.

Hæc, quæ diſſeruimus, exemplis nonnullis controverſiarum illu- 1
ſtrium partim judicio, partim transactione finitarum, illuſtrari, non erit, ſpero, ingratum.

I. Pacto familiæ cujusdam e præcipuis in Germania Anno 1599. & 1603. varii articuli fuere conſtituti, qui toti familiæ impoſterum eſſent firmamento. Primogenituræ Jus, & quæ ad Religionem pertinent ſtabilita, ſed & illud conventum, ut filiæ dotatæ, paternæ, fraternæ, maternæque renunciarent hæreditati. Princeps familiæ, ſecundas nuptias pa- 2
cto confirmat dotali Anno 1668. quo cavetur, ut ſuperſtes Conjux habeat cum dotalitio omnia a marito donata, ſi ad ſecunda vota transeat vidua, recipiat dotem cum donatione æquali propter nuptias, quæ defuncta matre una cum dote ad liberos transeat, libera tamen ſit matri de dote diſpoſitio. Confirmatur hic articulus Pactorum dotalium teſtamento paterno. Naſcitur de hinc a morte matris, quæ patri ſupervixerat, inter fratres & ſorores controverſia, opponunt illi pactum antiquum familiæ, hæ nituntur dotalibus pactis & teſtamento paterno. Deciſio ſecuta pro filiabus ex rationibus ſupra §. 18. prolatis. (*a*)

II. *Joachimi Erneſti* Anhaltini Principis vidua, *Eleonora* Würtenbergi- 3
ca, poſt ſecundas nuptias cum *Georgio* Landgravio Haſſiæ Darmſtad. teſtamento hæredes nominat liberos prioris matrimonii, ex quibus utræque filiæ, altera *Agnes Hedwigis* nupta primo *Auguſto* Sax. Elect. deinde *Johanni* Holſatiæ Duci, altera *Dorothea Maria*, *Johannis*, Ducis Saxo-Vinar. thori ſocia, more Gentis hæreditati paternæ, fraternæ maternæque renunciaverant, interventu jurisjurandi, utræque etiam matrem morte præverterant. Dubitatum de Nepotibus ex filiabus, an, quia in teſtamento eſ- 4
ſent præteriti, ab inteſtato deberetur eis hæreditas? An renunciatione matris obligarentur? Negarunt hoc JCti Jenenſes & Lipſienſes, & deberi ab inteſtato nepotibus hæreditatem reſponderunt, communem tunc JCtorum ſententiam ſecuti, (hæredes ſcil. non obligari renunciatione materna.) Contradixere Anhaltini neque ex teſtamento hæredes fore Nepotes, quia ſit ruptum, neque ab inteſtato obſiſtente renunciatione. Transactione controverſia ſopita fuit & nepotes ad ſucceſſionem in ſtirpes admiſſi. (*b*)

III. *Wilhelmus* Saxo (de quo *Part. I.* diximus) filiam *Annam Hinkoni*, 5
ſeu *Henrico*, Regis Bohemiæ *Georgii* filio, (a quo Munſterbergici Duces orti) collocaverat in matrimonium, promiſſa dote 20000. Imp. Acceptam tulit dotem Rex, ſponſi Pater, cum *Wilhelmus* Juri in Regnum Bohemiæ, quod prioris Conjugis Alberti Imp. filiæ nomine, prætenderat, renunciaſſet. Transactio hæc utriusque ſoceri, amborum hæredibus manſit ignota. 6
Gener itaque cum filia dotem petunt a *Wilhelmo*, maternamque hæreditatem, cujus pars etiam erat pecunia per transactionem de Ducatu *Luxelburgico* cum *Philippo* Burgundiæ Duce adquiſita: Surdæ aures parenti. Filia itaque in maritum donatione inter vivos jus adverſus parentem contulit. Sed tamen viduæ dotalitium a fratre *Henrici* ſuperſtite non denegatum. Exſtincta fuit omnis actio contra Saxones cum interitu familiæ Münſterbergicæ, & temporis decurſu.

7 IV. *Fridericus Silesiæ* Dux Lignicensis † 1596. altero matrimonio cum *Dorothea Holsata* contracto, paciscitur de ornamentis sponsæ a patre *Johanne* traditis, si sine liberis decederet, patri restituendis. Uxor omnia marito donat, facta insinuatione judiciali Anno 1591. Hic vero uxori tertiæ *Annæ* Wurtenbergicæ *Christophori* filiæ. Inde lis non tantum inter Holsatos & Silesios Principes, sed & de Gerada inter utrosque & *Eleonoram* Wurtenbergicam Annæ sororem, num. I. nominatam hujusque hæredes, Anhaltinos Saxones, Holsatos, quibus etiam cum sorore sua & comparate matertera *Anna Sophia* Swarzburgici Comitis uxore, non conveniebat, illis omnem *Eleonoræ* hæreditatem, hac Geradam, filiæ jure, prætendenti-
8 bus. Præjudicialis erat quæstio, an donatio *Friderico* Silesio, ab uxore *Dorothea* valide fuisset facta. Non esse irritam in appellationis Judicio Regio Pragensi fuit judicatum. (*c*) Ergo filii *Eleonoræ* & Nepotes testamento materno nitebantur, Filiæ opponebatur: Juri Saxonico de Gerada locum non esse, cum acquisiverit *Eleonora* Geradam a Sorore, qua translata in Hassiam omne Geradæ Jus fuerit extinctum, Hassos enim, inter quos *Eleonora* defuncta ibique testata, Saxonico Jure non uti. Et ita responsum a JCtis Jenensibus, Lipsiensibus, Halensibus.

9 V. *Fridericus* Placidus Elector Saxoniæ, *Wilhelmus* Frater cum *Friderico* Brandenburgico Electore & *Ludovico* Hassiæ Landgravio, nepotibus ex utraque sorore, pacti fuere de hæreditate materna, cui frater *Sigismundus*, Herbipolensis Præsul, renunciaverat: Si renunciationis hunc pœniteret, (forte ex Juris Rom. Principiis) obstituros se ei conjunctis consiliis. Renunciaverant filiæ hæreditati maternæ, hæredes tamen earum Brandenburgicus Elector & Hassiæ Landgravius ab hæreditate, etiam geradæ, non fuere excluſi. (*d*)

10 VI. *Georgii* Saxonis filia Christina, Philippi Hassiæ Landgravii uxor, defuncto Parente sine liberis masculis, paternam petiit ab *Henrico*, Successore *Georgii*, hæreditatem. Sed *Mauritius Christinæ* gener, (de quo *Part. I. ad §. XVIII.*) uxori suæ dotem, quam a socero expectare debuisset, promiserat 25000. Imperialium & 15000. pro ornamentis zur Ausſteuer, Socrui etiam 10000. Imp. cui pacto, an Pater *Henricus* consenserit, incertum. Rem sine lite transactam fuisse inter conjunctos vero est simile, neque in Exemplum trahendum.

11 VII. *Johannis Wilhelmi* I. Ducis Saxoniæ uxor *Dorothea Susanna* Palatina opimam reliquit hæreditatem liberis *Friderico Wilhelmo*, *Iohanni*, & filiæ *Mariæ* Abb. Quedlinb. Æquis partibus succedere, filiæ nihil præcipui Geradæ nomine concessum. (*e*)

12 VIII. Filia illustris marito elocata accepta dote, renunciavit paternæ maternæque hæreditati, interposita fide loco Juramenti, consentiente marito, (*f*) nulla facta reservatione, quam si familia masculina esset extincta. Moritur Pater intestatus liberis masculis non relictis, sed successoribus fratribus, quærebatur, an filiæ esset jus petendi hæreditatem paternam maternamque? (*g*) Responsum: Neque defectum Jurisjurandi solennis renunciationem reddere irritam, (*h*) neque de læsione in legitima filiam Jure conqueri, cum dos in locum legitimæ succedat, cujus quantitatem statuere in arbitrio sit familiarum. (*i*) Recte omnino

IX. Renun-

IX. Renunciaverat *Margaretha* illuſtris filia jurato paternæ, fraternæ, 13
maternæque hæreditati, reſervata tamen ſucceſſione, ſi omnes maſculi
defeciſſent. Moritur Pater relicto filio *Wilhelmo* & tribus filiabus. *Wil-*
helmus reliquas ſorores elocat & de hæreditate cum iis transigit. Mori-
tur etiam *Margarethæ* relicta filia. *Wilhelmus* decedit filia ſua *Maria* hære-
de inſtituta. *Annæ, Margarethæ* filia, petit hæreditatem. *Maria* excipit de-
functam eſſe *Margarethan* conditione pendente, cujus eventu hæres ejus
frui nequeat. Se interim teſtamento paterno adjuvari. Faciebat pro
Maria, quod *Margaretha* renunciaſſet expreſſe hæreditati fraternæ, qua
renunciatione etiam filia hæres eſſet obligata : Quod filia ſemel 14
excluſa, excludatur in perpetuum etiam a ſororibus : quod portio
hæreditatis cui renunciatum, fratribus accreviſſet, unde nulla amplius ſit
hæreditas paterna maternaque: quod interpretatio pacti renunciativi fa-
cienda eſſet contra *Margarethan* ejusque hæredem: præſcriptio etiam plus
quam XXX. annorum ei obſtaret. Sed judicatum pro *Margarethæ* filia &
hærede, his rationibus: (*k*) Pactum, quo hæreditas *Catharinæ* reſervata,
Jure validum, ſequenti pactione inter alios celebrata non potuiſſe deſtrui.
Exiſtente caſu, Jus ſuccedendi tantisper quieſcens, revivixiſſe. Maſculo- 15
rum tantum fovori fuiſſe renunciatum. Hanc fuiſſe vero ſimillimam pa-
ciſcentium mentem. Transmiſſam ſpem etiam hæreditatis ſub conditio-
ne pendentis, ad hæredem filiam. §. 4. *Inſtitut. de V. O.* Et tandem ſtricti
Juris eſſe renunciationem ad ea, quæ non expreſſa, non extendendam.
Paternæ itaque hæreditati non renunciatum, ſi deficerent cum eo
maſculi. (*l*)

X. Filia renunciavit omni hæreditati, juravit etiam ſolenniter. Do- 16
tem vel nullam vel legitima inferiorem accepit. Jure experiri filiam re-
ſponderunt Tubingenſes, cum nulla ſit obligatio Jurisjurandi, ubi nulla
ex renunciatione obligatio. (*m*) Ego diſtinguerem, An ſtatuto vel conſue- 17
tudine familiæ renunciandum ita fuerit filiæ, & tum actionem dari ad do-
tem conſequendam. (*n*) Conſuetudine non probata, cum materna hæ-
reditate, (*o*) etiam ad paternam merito filiam admittendam fore. (*p*)

XI. Promiſerat Filia Illuſtris pactis dotalibus ſe renunciaturam omni 18
hæreditati etiam ſororis, reſervata tantum ſucceſſione, ſi fratres ſine maſ-
culis hæredibus, vel ſorores viris copulatæ, nullis relictis liberis decede-
rent. Renunciavit deinde pure, nulla addita reſervatione. Defuncta
ſine hæredibus ſorore, ſed in matrimonio, quærebatur de Interpretatione
renunciationis, an ſit facienda ex pactis dotalibus, quomodo ſcilicet renun-
ciare debuiſſet filia ; an pro nova conventione ſit habenda. Non ambi- 19
gua eſt deciſio : Interpretanda eſſe verba renunciationis ad modum in
pactis dotalibus præſcriptum, (*q*) cum de novandi animo nullibi conſta-
ret, imo ad pactum antecedens facta eſſet relatio. Promiſſio etiam de
renunciando æqui polleret ipſi renunciationi.

XII. Defuncto A. 1406. *VVilhelmo* (cui cognomen Cocles apud hiſtoricos) 20
Thuringiæ Landgravio, nepotes ex fratre, *VVilhelmus* & *Fridericus* territorii
fuere ſucceſſores. Litem iis moverunt de parte hæreditatis nepotes ex
ſorore *Eliſabetha*, *Johannes* & *Fridericus* Burggravii Noribergenſes. De
qua controverſia *Fabric. Orig. Sax. pag. 640.* Petebant autem partem defun-
cti mobilium, etiam theſauri, quem *Wilhelmus* parſimoniæ ſtudioſus repo-
ſuerat: Tum Bonorum immobilium a defuncto acquiſitorum: Porro plu-

rima loca munita Miſniæ cum acceſſionibus, quæ *VVilhelmus* de territorio feudali donaverat nepotibus Burggraviis, de quibus ipſi inveſtituram ab Impp. Wenceslao & Ruperto obtinuiſſent, *VVilhelmus* vero tradere diſtuliſſet. Actum ergo coram arbitris partim petitione hæreditaris partim remedio poſſeſſorio recuperandæ poſſeſſionis. Allegabant actores, eſſe ſe reis gradu propinquitatis æquales: renunciaſſe matrem hæreditati paternæ, non fraternæ, donationem conſenſu Imperatorio factam. Faciebat pro reis, quod alienatio partium notabilium territorii ſucceſſionibus non poſſet eſſe præjudicio ſuffulta, quamvis eſſet Cæſarea auctoritate (quam ea tempeſtate inauditis, quorum intererat tribui ſatis tumultuarie, non erat novum.) (*r*) Adquiſita territorio acceſſiſſe pariter ac reliquam ſupellectilem. Renunciationis parenti factæ eam eſſe
21 vim, ut omni familiæ facta ſit intelligenda. (*s*) De ſententia ab arbitris lata neque Fabricius teſtatur, neque ex Archivo peti potuit iudicium. Hoc autem certum, diviſiſſe territorium cum reliqua hæreditate ſucceſſores Anno 1410. haut dubie Burggraviis excluſis. Nam alter *Fridericus*, Bellicoſus dictus ea fuit potentia & auctoritate, ut Electoratum Sax. mereretur, alter *VVilhelmus* cognomine *Dives* Brandenburgenſem Electoratum a *Jodoco Moravo* emerat, a *Sigismundo* Imp. poſtea redemtum. Similem plane caſum legimus in Actis, defuncto ſine hæredibus maſculis *Friderico Balthaſaris* Landgravii filio 1440. (cui cognomen *ſimplicis*) hujus ſucceſſores eosdem fratres *Fridericum* & *VVilhelmum* ſobrinos defuncti excluſiſſe ab omni hæreditate defuncti neptem ex ſorore, Scholaſticam filiam Rudolphi III. Elect. Sax. Aſcanii & Annæ filiæ Balthaſaris.

22 XIII. *Anna Sophia* Anhaltina, Caroli Guntheri Comitis Schwarzburgici uxor, petiit ex hæreditate ſororis, *Dorotheæ Mariæ* Vinarienſis, geradam. *Dorotheæ* marito *Johanni* Saxoniæ Duci dotalibus pactis omnia mobilia, ſi ſine liberis decederet, reliquerat, ſubſtitutis primo gradu Principibus Anhaltinis, & ſecundo, proxima cognata. Quærebatur, an gerada illa, quam Saxones die Mittel-Gerade appellant, locum haberet, &, ſi conſuetudo inter Principes recepta, an pactis dotalibus fuerit ſublata? Diſ-
23 creparunt JCti de Jure Geradæ inter Principes. Omne hoc Jus ex conſuetudine pendet. Locum habere etiam inter Illuſtres, ubi pactis aliter non conventum, & fœminæ illuſtri extraneæ, quæ in Saxonia domicilium habuit, Saxonico Jure ſuccedi docet *Lyncker. deciſ. 119.* Sed in caſu prædicto omnia mobilia ad maritum erant translata. Quis diceret adſtringi Illuſtres ad ſolennia Juris provincialis? (*t*)

24 XIV. Filia renuncians paternæ, maternæ fraternæque hæreditati reſervat ſucceſſionem, ſi fratres ſine maſculis deceſſerint. Abeunt e vita fratres relictis filiabus. Alter e fratribus maſculos liberos ſuſceperat, ſed patri præmortuos. Integrum eſſe jus filiæ renuncianti, ejusque hæredibus, non eſt dubium, neque per nativitatem maſculorum, quibus pater ſupervixit excludi, Juri eſt conſentaneum. *Kellenbenz. quæſt. XVIII.*

25 XV. Conſueta alicubi eſt filiarum renunciationis formula, biß auf einen ledigen Anfall; Filii quidem fratrum renuncianti præferentur, ſed non filiæ. Et hunc ſenſum eſſe illius formulæ tradit *Kellenbenzius quæſt. XIX.* (*u*)

XVI. An

XVI. An portio hæreditatis, cui filia renunciavit, fratrum maſculo- 26
rumque ex iis deſcendentium favore, revertatur ad ſororem, ſi alteruter ex fratribus fœminis relictis deceſſerit, an fratri ſuperſtiti adquiratur? quæſtionis reſolutio eſt facilis : Conditio reſervationi addita, cum nondum extiterit, neque filia neque ejus hæres admittentur, quousque maſculus aderit. Finge jam tres vixiſſe fratres, *Johannem*, *Fridericum*, *Wilhelmum*. Hujus Nepotes extinguuntur ſine prole, Iſtius filii & illius nepotes ſuperſunt. Quæritur? quibus debeatur *Wilhelmi* hæreditas. Dubitari pote- 27
rat, quod in fideicommiſſo proximior gradu ſuccedat, exulante omni repræſentationis Jure. Sed cum hic nullus ſuccedendi modus, quam de quo pactum loquitur, ſit præſcriptus, fratribus autem jus ſit quæſitum æquale, idque ad hæredes transmiſſum, ideo in ſtirpes ſuccedent, non excluſis nepotibus. *Kellenb. quæſt. XXI.*

XVII. Doti maternæ filiam non renunciare, quæ paternæ hæredi- 28
tati renunciat, dubio caret. Nam dum lucrari non vult filia, certe ſua non vult perdere. Perinde id foret, ac ſi diceres: filiam renunciando etiam nomen, aliamve obligationem, qua pater ei erat devinctus, amittere. Abſurde! vide *Kellenbenz. quæſt. 28. 29.*

XVIII. Elegantius quæritur, an renunciatio filiæ etiam jurata ex- 29
cludat petitionem hæreditatis vel legati ex teſtamento ? Definiendum prius, cui ſit facta renunciatio, patrine, an fratribus? (x) Patri eam fieri, ut acquirat pater, quod jam habet, rationi foret incongruum, ergo fratrum intuitu renunciat ſine dubio filia, ſed patri fit renunciatio, qui filiis adquirit obligationem. Nam quod Jura Romana prohibent, ſtipulatione mea adquiri obligationem tibi, hoc quam ſit civile neque naturale, ipſi Romani agnovere, & a Germanis non receptum, vide *Schilter. ad Inſtitut. de inutil. ſtipul. §. 4.* Fratres itaque cum parentis beneficio jus, cui ſoror 30
renunciavit, adquirant, tenebuntur etiam ceu hæredes voluntate parentis contraria. Adeoque filia non impedietur petere legatum ex teſtamento. (y) Num vero renunciatio plane remiſſa cenſeatur filiæ a parente, quam cohæredem nominavit teſtamento? alia foret inſpectio. Nimis ſecure præſumptioni huic locum faciunt aliqui, non conſiderantes filiam dote accepta legitimam jam dum obtinuiſſe, quæ etiam foret conferenda, præſumendum itaque potius non remiſiſſe patrem filiæ renunciationem familiæ favore factam, neque ſucceſſorem ulterius quam in teſtamento dictum, onerare voluiſſe. Quod ſi cum fratribus inſcio, vel invito paren- 31
te pacta ſit filia, (caſu inter Illuſtres vix extituro) & renunciaſſet ſucceſſioni, tunc eam ab omni hæreditatis petitione repellit *Kellenbenzius quæſt. XXXI.* recte diſſentiens a *Mynſingero 2. Obſ. 7.* Et tamen ad legatum eandem admittit, ſubtilitate vix comprehendenda ab iis, qui ratione magis naturali quam Juris Romani acumine nituntur. Quid enim ſi legatum æqua- 32
verit hæreditatis dodrantem ? Acquiſitura eſſet juxta *Kellenbenzium* filia legatum, non obſtante renunciatione, quia non univerſali hæredis, ſed ſingulari Jure eſſet relictum ? Subtiliores aures eſſe oportet, quæ accipiunt ſine offenſione hanc Philoſophiam. Interim ne impingamus in ejus principia, cavendum erit pactis. Et conſuetum eſt in inſtrumentis renunciationum excipi expreſſe legata. Formulæ adjectæ lectori facient ſatis.

33 XIX. Filia Illuſtris, quæ renunciaverat accepta dote ſolenniter, ſuperſtite parente fratribusque deceſſit, relictis liberis. An tenerentur hi renunciatione materna, dubitabatur ab iis, qui proprio jure, non materno per transmiſſionem, adquiri liberis ſucceſſionem avitam contendebant. Transmitti enim non potuiſſe hæreditatem parentis vivi. Reſpondebatur: ſi proprio Jure ſuccederent nepotes, ſucceſſuros eſſe cum avunculis æqualiter, atqui in ſtirpes ſuccedere ratio dictitat, ergo materno jure eſſe uſuros. Deinde pactorum vim eſſe naturalem, ut etiam hæredes ob-
34 ligarentur. Filiam autem accepta dote, quod ex hæreditate ei competiſſet, vivo patre anticipaſſe. Tenaces erant opiniones ſuæ priores, allegantes *Kellenbenzium quæſt. XXXIII.* qui etiam adeo nepotibus faverit, ut etiamſi avi teſtamento juſſi fuerint contenti eſſe dote materna, tamen dicere poſſint teſtamentum nullum *num. 31.* Sed tamen ipſe admittit, excludi nepotes, ſi ſtatuto familiæ introductum ſit, ut omnis filiarum ſucceſſio in dote conſiſtat *num. 30.* concedit etiam obſtringi nepotes materna renunciatione, ſi expreſſe hæredum facta fuerit mentio, quos mater obſtringere jure potuerit, *numero 46.* Verum quis dubitet hoc ipſum nunquam non agi in ejusmodi renunciationibus? Ergo fluctus moventur in ſimpulo.

35 XX. Lecta fuit in pactis dotalibus hujusmodi cautio: Sponſa cum conſenſu ſponſi anno poſt nuptias renunciaturam ſe promittit paternæ, maternæ fraternæque hæreditati, reſervata fruitione ejus, quod donatione vel teſtamento ei foret tributum. Defuncta ante factam renunciationem matre, hæreditatem maternam cum fratribus petit etiam ſoror. Obtendit, pactum de renunciando non æquipollere renunciationi: dotem cum paciſceretur nondum fuiſſe numeratam: eſſe etiam jure prohibitum: tandem ſe certiorem de Jure ſuo non redditam: ultra dimidium læſam, & quæ aliæ ex Romano Jure adferri poterant ſubſidiariæ rationes. Reſponſum fuit: Nihil tam congruum eſſe fidei humanæ, quam quæ inter eos placuerint cuſtodire. Ad promiſſionem itaque de renunciando implendam recte compelli filiam, imo promiſſionem habendam eſſe loco factæ renunciationis, *Kellenb. quæſt. 8. num. 8.* fidem interpoſitam juramen-
36 to æquipollere. (z) Juramentum ad vim renunciationi addendam non requiri, niſi expreſſa lege hæc ſolennitas introducta. Et moribus Germanorum opus non eſſe jurejurando *num. 64.* Imo nec Jure Civili, ſi fiat renunciatio non ſolum patri, ſed etiam fratri, *num. 79.* neque Canonico Jure requiri ſolenne jusjurandum, *num. 100.* neque ut certior fiat filia, eſſe neceſſarium, ſi patri fiat renunciatio, *num. 105.* Pactum ut habeat effectum ſufficere promiſſionem dotis, *num. 109.* neque impedire renunciationis vim, quod ex paternis non maternis facultatibus dos ſit profecta. *num. 111.* Neque dotis quantitatem ex legitima Juſtinianea eſſe æſtimandam, *num. 118.* unde & fruſtra de læſione enormi filiam conqueri, *num. 162. 170.* (aa)

37 XXI. *Erneſtus* Dux. Br. & Lüneb. utriusque inclytæ lineæ parens communis ultima voluntate, quæ pro lege ſtatutoque familiæ habebatur, caverat, ut filiorum omnis eſſet ſucceſſio non in avitis tantum, ſed & novis adquiſitis. Filiæ dote contentæ eſſe jubentur. *VVilhelmi*, noviſſimi ex filiis uxor *Dorothea*, *Chriſtiani III.* Daniæ Regis filia teſtamento condito etiam filias hæredes inſtituit. Regem Daniæ executorem nominavit. Renunciaverat altera filiarum etiam maternæ hæreditati, alteri avita ex

lege

lege erat renunciandum. Quærebatur, an teſtamento materno juvaren- 38
tur filiæ. Reſponſum fuit, (*bb*) Matri facultatem non fuiſſe condendi teſtamentum, quo pacto familiari præjudicaret. Transiiſſe enim eam in familiam mariti, obſtrictam ergo fuiſſe familiæ ſtatutis. Executoris autem officium ceſſaturum, ubi nullum ſit teſtamentum, hæreditas nulla.

XXII. Caverat parens ultimo judicio, ut filiæ paternæ, maternæ, 39
fraternæque hæreditati accepta dote 4000. ornamentisque & ſuppellectile, ut moris eſſet in aliis familiis nominatis, renunciarent, addita pœna exhæredationis, ni facerent. Extinctis maſculis revocat filias ad ſucceſſionem teſtator. Elocatæ fuere filiæ omnes & renunciaverant. Moriuntur fratres, primus, ſecundus, tertius. Superſtitibus ſororibus reliqui fratres ex hæreditatibus fraternis aliquot millia liberaliter erogant. Defunctis tandem filiis omnibus, quorum ultimus Philibertus, controverſia exoritur inter ſuperſtitem filiam & nepotes ex fratribus de ſucceſſione, cujus etiam partem neptes teſtatoris petunt, quod de filiabus tantum loquatur teſtamentum. (*cc*) Reſponſum, (1) Maſculi donec ſupereſ- 40
ſent, neque filiam neque neptes ſucceſſuras, non obſtante, quod dixerit teſtator: So lange meine Söhne und deren Erben ꝛc. hæredum enim nomine maſculos deſcendentes intelligendos nec aliam teſtatoris fuiſſe mentem. (2) Cum teſtator tantum de rebus primum quæſitis maximam partem numerata pecunia diſpoſuiſſet neque legem familiæ condere eum voluiſſe ullum appareret argumentum, excluſas iri filiam & neptes a bonis paternis & avitis, non iis, quæ fratres & patrui acquiſiviſſent. Hoc ſenſu enim renunciationem ſtricti juris cenſeri.

XXIII. In pacto familiæ, cujusdam Nobilis, potiſſima pars bonorum 41
fideicommiſſo fuit ſubjecta favore ſtemmatis: Addita clauſula: Doch wo Töchter, viel oder wenig, von denenſelben Unſerer Vettern einem vorhanden, ſoll denenſelben ihre Erb-Gerechtigkeit an denen andern Eigenthums-Güthern unbenommen, ſondern vorbehalten ſein. Extincta familia maſculina, cum ab ultimo poſſeſſore bona eſſent alienata, hæredes filiæ, non poſſeſſoris ultimi, ſed agnati in quinto gradu jus eſſe ſibi ad omnia bona exiſtimantes, actionem inſtituerunt, petentes ſe declarari hæredes. Argumentum erat, reſervatio filiæ renunciationi ab ipſa factæ in eventum adjecta. Reſpondebatur: Filiam hæreditatem ne quidem patris ſui acquiviſſe, cum vivo patre obierit: Ejusdem hæredes proximos per aliquot ſequentes fideicommiſſi ſucceſſores excluſos fuiſſe: Proinde fideicommiſſum dudum extinctum. Ventilata fuit hæc cauſa in Judicio Imperiali Cameræ & deciſa contra actores A. 1720. (*dd*)

XXIV. Celebre eſt pactum in familia *Comitum* de *Stolberg*, A. 1548. initium & jurejurando confirmatum, quod in Appendice referimus, addito Schemate Genealogico. In iſto pacto *Ludovicus* fratribus ſuis eorumque deſcendentibus ſucceſſionem adquirendam eſſe conſtituit, excluſis filiabus, quas renunciare fecit, eisque alio modo proſpectum voluit. Nullum igitur Juris auxilium propitium habuere filiæ earumque hæredes ad- 42
verſus actionem *Comitum Stolbergenſium*, vindicantium Dynaſtiam *Rechefort* cum pertinentiis. (*ee*)

XXV. Fra-

43 XXV. Fratres duo Nobiles cum bona varia acquiſiviſſent pretio numerato, conventionem ſcripto comprehendiſſe dicebantur ſequentem in modum: Weil ſolche Güther ſchon lang bey ihrem Stamm geweſen (ſc. redemta erant bona e manibus fœminarum, quæ poſſederant jure hæreditario) und damit ſolche noch länger dabey bleiben mögen, ſo haben wir mit einander dahin verglichen, da unſer einer, nach dem Willen GOttes ohne Hinterlaſſung männlicher Leibes-Erben mit Todt abgehen ſolte, daß als dann deſſelben Antheil der Güther, dem in Leben bleibenden Bruder oder ſeinen Söhnen, jedoch auf Bezahlung der = = Fl. zufallen ſolle: Jedoch mit der Beſcheidenheit, da deſſelben verlaſſene Wittib ſolche länger behalten, nutzen und genieſſen wolte, daß ihr ſolches ungewehrt ſeyn ſoll, und in ihren Will-Kühr ſtehen, ſolche bey ihren Lebzeiten entweder gegen Bezahlung obbeſtimmter Summa zu begeben, oder aber länger zu behalten; Wann ſie dann ihren Wittib-Stand verrucken, oder ſonſt nach den Willen GOttes mit Tod abgehen würde, alsdenn ſollen ſolche Güther dem in Leben bleibenden Bruder oder ſeinen Sohnen,
44 mit vorgemeldter Condition, zu kommen ꝛc. Defuncto uno ex dictis fratribus absque maſcula prole filia ejus admiſit redemtionem bonorum ab agnato mediante pecuniæ ſumma, æquali pretio illi quo bona acquiſiverat pro parte ſua pater. Idque fecit filia, juxta verba expreſſa, non neceſſitate juris, ſed voluntate libera. Sequentibus annis proximis alius extitit caſus, factæ ab agnato redemtionis partis dimidiæ bonorum, ſoluta ſumma eadem. Cum deinde is ex familia, qui utramque partem bonorum acquiſiverat, (unam ſcilicet a patre ſuo, alteram per redemtionem ut ſupra dictum) defunctus eſſet absque prole maſcula, quæſitum fuit, an ejus vidua & filia ex pacto fraterno ſupra dicto obligatæ eſſent ad patiendam ab agnato redemtionem bonorum, & quidem pro ſumma eadem,
45 qua redemta erat olim pars dimidia. Vidua, inpubere tunc filia, perſuaderi ſibi hoc paſſa fuit ab Agnato, & tradidit ei bona: Hoc vero defuncto, etiam absque liberis maſculis, inſtituta fuit actio contra ipſius hæredes pro repetendis bonis ex errore a vidua ei traditis. *Exceptio erat:* In pacto fraterno fundatum fuiſſe fideicommiſſum, idque per obſervantiam ſecutam approbatum: Patrem vero poſſeſſorem ultimum fidei commiſſi, & cum eo maſculinam familiam finitam: Ergo cum ipſo extinctum fidei commiſſum, & bona jure hæreditario ad filias devoluta. *Replicabatur:* Conceſſo etiam, quod conventio fratrum conſenſu facta fuiſſet, cum tamen unius ſaltem & quidem primo defuncti extaret ſubſcriptio; Nullum tamen eſſe ex verbis ſupra recenſitis argumentum ad fidei commiſſum. Obſervantiam conſiſtere in facto, atque fundari debere in pacto aliquo præcedente, ad talem obſervantiam, quæ aſſeritur, adæqua-
46 to: Actus allegatos pro obſervantia fideicommiſſi eſſe ambiguos, voluntarios magis quam neceſſitatem juris inferentes: Male inferri ex facto unius alteriusve in pari caſu, quod idem admittere teneatur alius. (//) Fideicommiſſa non eſſe fingenda, neque ex qualicunque pacto in favorem maſculorum condito, ſequi fideicommiſſum familiæ perpetuum ad excludendas filias. Iniquum eſſe, quod pro ſumma minime adæquata valori præſentis temporis, redemtio poſtularetur erga ſummam, qua, præterlapſo fere integro ſeculo, redemta fuiſſet pars bonorum dimidia. Controverſia hæc judicis deciſionem expectat.

47 XXVI. Teſtamentum condiderat RICCOBONA, nobilis virgo & ampliſſimæ Dynaſtiæ domina, in quo fidei commiſſum maſculinum ſolenniter

lenniter constituerat, exprimendo diligenter successionis ordinem, ita, ut extincta successoris progenie masculâ, substitueretur alia familia nominata, addita ubique lege, ut unusquisque successor habitationem in Castro Dynastiæ instituere deberet: quæ conditio si alicui ex vocatis non placeret, nominatur successor alius in ordine sequens. Porro disposuit Testatrix: Wann auch dem A. offt gedachte Condition wegen Bewohnung des Hauses N. nicht anstehen, oder derselbe keine männliche Erben nachlassen solte/ alsdann die Herrlichkeit auf die verhandene männliche Erben des Hauses B. oder fals deren keine vorhanden, auf Herrn C. und dessen Erben, und da auch deren keiner im Leben seyn solte, auf D. und dessen Erben, und folgendes, wann auch diese ausgestorben, auf meine nächste Anverwandten väterlicher Seite erblich heimfallen solle, jedoch dergestalt und also, daß nach solcher Ordnung, darinnen obgedachte Personen und Familien von mir in diesem Testament gesetzet, biß und so lange in einer Familie annoch männliche Erben verhanden, die Herrlichkeit N. cum annexis bey solcher Familie verbleiben, und wann keine männliche Descendenten mehr vorhanden, dieselbe auf die substituirte Familie, und zwar allemahl auf den Aeltesten mit Ausschliessung der Ubrigen, damit meine Güther ferner nicht zertheilet werden mogen, jure perpetui fideicommissi kommen solle, da dann jedes mahl derjenige, welcher die Herrlichkeit anzutreten gesinnet, an dieselbe welche ihm Krafft allhie gethanen substitution jemahls succediren können, und es begehren würden, die in dem ersten Articul enthaltene schrifftliche Versicherung unwegerlich und bey Verlust seines Rechtens heraus zugeben schuldig seyn. i. e. ex verbis præcedentibus: daß er allhier selbst wohnen, die Herrlichkeit an andere nicht verkauffen, veralieniren oder versetzen, wiedrigen Falls aber, und wann er hierwieder in einen oder andern handeln würde, er seines Rechtens ipso facto verlustiger seyn wolle, und die gantze Herrlichkeit und was ihn sonst von mir angeerbet, dem substituto successori also bald anheim fallen solle. Non habuit implementum conditio in primo ex vocatis. Successit ergo secundus, sed absque masculis obiit: Venit ergo in Ordine tertius C. relictis tantum filiabus, quæ bona fideicommissaria tanquam hæredes patris sui, ultimi possessoris bonorum, cum quo fidei commissum esset finitum, sibi quæsita esse, contendunt. Contradicit hæres testatricis ab intestato masculus, & utraque pars in verbis testamenti præsidium quærit. Filiæ ultimi possessoris C. in verbis auf Herrn C. und dessen Erben/ ultimus enim ex nominatis D. vitam finierat ante casum existentem. Hæres ab intestato, in verbis testamenti sequentibus: Wann auch diese ausgestorben, auf meine nächste Anverwandten väterlicher Seiten erblich heimfallen solle, hanc enim voluntatem testatricis effectum sortiri vix posse, si juxta mentem filiarum per vocem dessen Erben intelligenda essent filiæ, totam dispositionem innuere satis voluntatem esse directam ad successionem masculorum. Facilem in decisione fore hanc controversiam puto, qua propter ab ulterioribus rationibus juridicis abstineo, hoc saltem monens, quod, experientia teste, etiam diligentissimi testamentorum vel pactorum conditores cavere non semper soleant, ne ex verbis oriri possit unquam controversia. Quam facile fuisset in præsenti casu verbis: dessen Erben addere explicationem männlichen Geschlechts, per quæ omnis dubitatio præclusa fuisset. 48

49 XXVII. In familia Illuſtri Germaniæ Comitum *Leiningenſium* in *Weſterburg*, *Johannes Antonius* Comes a ſponſa ſua *Magdalena Sophia Ottingenſi* vidua *Jo. Ludovici* Comitis Hohenloici, cui amplæ erant facultates, pecuniam mutuo ſumit, & ex ditionibus familiæ olim alienatis cum pacto de retrovendendo & lege Commiſſi, recuperat aliquas inſignes. Cum itaque contentus hac acquiſitione vivere mallet, quam parentis fratrumque ſucceſſione frui, & cum ære alieno partim a majoribus, partim a parente contracto colluctari, paciſcitur *Johannes Antonius* cum patre fratribusque, ut bona per reluitionem quæſita habere ſibi liceret ab omni onere cum ære alieno, tum reliquo quocunque libera : Quod æs alienum, ſi forte eſſet extiturum, & onera reliqua fratres in ſeſe recipiunt. Viciſſim ille
50 omni hæreditati paternæ fraternæque renunciat ſolenniter. Conventum tamen inter eos, ſi decederet ſine hæredibus maſculis, vel hiſce deficientibus, ut ditiones illæ a creditoribus liberatæ & mediante pecunia a ſponſa mutuo accepta adquiſitæ, ad agnatos ſine onere, ohne einzige Beſchwerde *ipſo jure* devolverentur, familiæque adquirerentur. Defuncto itaque filio reluente, quem ſponſa prædefuncta ante matrimonium conſummatum hæredem inſtituerat, & paullo poſt ejus filio, ex alia conjuge, quam a morte prioris ſponſæ ſibi junxerat, ſuſcepto, agnati fratres occupant ditiones queis filia ſuperſtes retentionis jure inſiſtebat donec pretium reluitionis reſtitueretur. Natæ hinc fuere controverſiæ memorabiles, * ubi quæſitum :

I. An ad reſtituendum filiæ pretium reluitioni impenſum agnati tenerentur.

II. An ad mobiliarem hæreditatem filiæ reſervatam laquearia in domo affixa, armenta, equi, oviumque greges cum omni inſtrumento pertinerent. (*gg*)

III. An prædium aliquod allodiale a defuncto per reluitionem recuperatum, poſtea oppignoratum, ex hæreditate defuncti eſſet liberandum & agnatis liberum tradendum. (*hh*)

IV. An & nomina & jura realia reliqua defuncti vi pactorum familiæ ad agnatos devoluta eſſent cenſenda. (*ii*)

V. An filiam ſola dote in pactis familiæ antiquioribus conſtituta contentam eſſe oporteret. (*kk*)

VI. An & ei eſſet renunciandum ex lege pacti omni hæreditati paternæ. (*ll*)

* Facit pro agnatis :

51 I. Quod pacto dictum ſit, Er habe die Herrſchafft dem Gräflichen Hauſe zum Beſten reluiret.

II. Et adquiri debere agnatis bona ſine ullo onere. Ratio : quod omne reliquum æs alienum ſuſceperint pater fratresque, cujus magna pars in utilitatem defuncti fuerit converſum. Verba pacti : Es ſollte ſolchenfalls dieſe Herrſchafft mit aller deroſelben Zugehör, ausgenommen die

die darinn befindlichen Mobilien, ohne einzige Beſchwerde/ und darauf prætendirte Meliorations-Koſten, Fräulein-Steuer und deren Alimentation oder ſonſten dergleichen onerum, ſie mögen Nahmen haben wie ſie wollen, auf die übrigen Agnaten wiederum zurück, und ſelbigen *ipſo jure* zugefallen ſeyn.

III. Fore autem verba ohne einzige Beſchwerde ſupervacua, ſi de pretio reluitionis non eſſent intelligenda.

IV. Repetitionem pretii adverſari juri & fini fideicommiſſorum, qui ſit familiarum augmentum.

V. Cum ſola mobiliaris hæreditas fuerit reſervata renunciatum taeite repetitioni pretii.

VI. Excluſam eſſe repetitionem melioramentorum, ergo multo magis pretii.

VII. Ex oneribus, a quibus libera deberentur eſſe bona devoluta nominari expreſſe dotationem & alimenta filiarum, ergo nullum eſſe filiæ jus retentionis, cum & eidem

VIII. Per pacta familiæ antiquiora omni paternæ hæreditati fuerit renunciandum accepta dote 3000. Imp.

IX. Accedit teſtimonium Conſiliarii, præſentis cum conventio iniretur, mentem pacíſcentium fuiſſe, ne repetitioni pretii eſſet locus.

X. Et regulam eſſe Juris feudalis quod feudi ſucceſſores ad reſtitutionem pretii in emtionem vel reluitionem feudi collocati non obligentur, & quod manutenendi ſint contra filias in poſſeſſione, *Lyncker. Deciſ. 375. & Deciſ. 345.*

Pro filia ſequentia militant argumenta:

1. Favorem familiæ exhibitum in odium non eſſe retorquendum. Et, tametſi pretium reſtitueretur non eo minus familiæ utilem fuiſſe reluitionem, cum alioquin jure reluendi, commiſſo per pactum cum creditore, non potuiſſent frui. Uberiores etiam bonorum recuperatorum fructus eſſe hodie, quam pretii. Et lucrari inſuper agnatos melioramenta. §2

2. Nullum æs alienum incubuiſſe bonis iſtis quam id, quod defunctus exſolverit. Et ſi quæ debita contracta in rem defuncti converſa, hæc per factam renunciationem omni hæreditati paternæ fraternæque largiter fuiſſe compenſata. Neque enim ſumtus ſtudiorum a patre in filium factos aut pro dignitate conſequenda, collationi eſſe obnoxios.

3. Neque verba ohne Beſchwerde de pretio reluitionis intelligi poſſe, quia (*a*) donatio non præſumatur, (*b*) fuiſſe rem alienam, pecuniam a ſponſa mutuo acceptam, (*c*) quod creditum tametſi poſtea cum hæreditate ſponſæ fuerit adquiſitum a defuncto, eſſe tamen quæſtionem de voluntate pacíſcentium, an tempore pacti, vivente adhuc ſponſa id voluiſſe putandi ſint, ut pecunia aliena agnatis adquireretur, id quod omni ra-

tioni foret adverſum. (*d*) Et faciendam eſſe interpretationem in dubio contra agnatos, qui de lucro adquirendo certent. (*e*) Opera autem per verba ohne Beſchwerde deſignata mox enarrari in verbis ſupra recenſitis, neque eſſe otioſa, eorumque ſenſum naturalem, ut defuncto non fuerit permiſſum. Onerare de novo hæc bona recuperata, & duriorem agnatis reddere ſucceſſionem de præſenti autem intelligi nequaquam poſſe, vide *Mev. 3. deciſ. 180.*

53 4. Quæ interpretatio etiam Jure adjuvetur, quo ex ſententia DD. fideicommiſſarius teneatur reſtituere pretium reluitionis, *Knipſchild. Fideic. fam. cap. 12. num. 99.* cum *allegatis Peregrino, Fuſario*, aliisque. Et quanquam ex doctrina *Thomingii deciſ. XXVII.* actio contra ſucceſſorem in feudo vel fideicommiſſo ad repetendum pretium in jure nulla ſit prodita, eam tamen ſententiam ab aliis merito reprobari, utpote quæ juris naturalis regula, quæ prohibet lucrum cum alterius detrimento quæri ſit adverſa. *Heigius 2. quæſt. 20. num. 35. ſeq. Roſenthal. de feud. c. X. concluſ. 43. num. 174. Simon de Prat. de conject. ult. voluntat. Lib. 3. dubit. 5. concluſ. 5.* Unde & Saxonico Jure aliud expreſſe conſtitutum *Carpz. 2. conſt. 26. def. 29. & de onerib. Vaſall. feudal. deciſ. 4. poſit. 5.* cumprimis quoad reſtitutionem pecuniæ mutuo ſumtæ, *Berlich. 2. concluſ. 55. num. 59. ſeqq. Strub. J. Feud. cap. 14. aphoriſm. 25. Richter. deciſ. 79. num. 29.* adde *Brunnemann. ad. L. 2. ff. de eo quod certo loco.* Imo in caſu præſente pactis familiæ expreſſe conſtitutum: Was ein Agnat von verſetzten Fideicommiſſ-Güthern löſete, daß er daſſelbe ſo lange behalten ſolte, biß ihm der andere, ſcil. propior, vorhero die Löſungs-Gelder reſtituirt haben würde.

5. Ab exceptione mobilium rerum & remiſſione melioramentorum nulla ratione inferri ad remiſſionem pretii, imo potius Contrarium. Nam Jure communi Meliorationa ſunt reſtituenda hæredibus allodialibus, *Roſenthal. dict. cap. 10. concluſ. 43. numer. 174. Strub. J. Feud. cap. XV. aph. 17. num. 2.* Ergo ex eo, quod remiſſa ſint expreſſe, non cenſetur factam etiam eſſe abdicationem pecuniæ pro reluitione ſolutæ. Ut potius reſervata ſit per ſilentium repetitio.

54 6. Sed neque defuncti filiam pacto antiquo familiæ obſtringi ad renunciandum. Patrem enim renunciaſſe paternæ fraternæque hæreditati, adeoque ab obligatione pactorum priorum fuiſſe liberatum, ergo & filiam hæredem.

Illuſtrem hunc Caſum addere placuit cum excerptis pro utraque parte adductis argumentis. Hiſtoriam controverſiæ dedimus cum adjunctis Documentis in *Electis Juris Publici (mm) Tom. III. faſc. VII. pag. 563.* Ubi etiam recenſita eſt ſententia Judicii Imperialis Aulici, Anno 1710. pro Agnatis Leiningenſibus publicata, adverſus quam remedium Reviſionis interpoſuere quidem Curatores filiæ *Sophiæ Charlottæ:* cum vero hæc matrimonio iungenda eſſet Dn. Comiti *Chriſtiano Erneſto Stolbergico*, ſatius exiſtimarunt Curatores, ut transactione lis finiretur. Quod & factum eſt, ita, ut bona immobilia agnatis fuerint relicta. Interim advertet Lector, quantus ſit in caſibus arduis Juris Conſultorum, imo Collegiorum diſſenſus, unde liberius Judicis arbitrium. Optime ſibi conſulerent, quorum intereſt, ut in tractandis negotiis, præmeditatis diligenter caſibus qui exiſtere poſſent, quod legibus deciſum non eſt, pactis exprimere ſtuderent.

derent. Agnoſcenda tamen eſt humanorum conſiliorum imperfectio, ex qua fit, ut etiam fallantur ſæpius cautiſſimi.

(a) Reſponſum *Lyncker* ad iſtum caſum latum, cum materiam inprimis illuſtret, conſentiente ipſo cum viveret, in Appendicem retulimus. 55

(b) Valebat tunc ſententiæ communis auctoritas, de qua Conſiliarium quendam eximium tunc dixiſſe legi in Actis. Es würde bey manchem hohen Paciſcenten zu thun geben, daß man ihme die Subtilität dieſer chicane (quod ſcilicet mater, ſed non ejus liberi pro excluſis eſſent habendi) beybringen könnte, vid. *Kellenbenz. XXXI.* ubi *Gail. 2. Obſ. 148.* & *Mynſingerum* declarat. add. *Struck. de Succeſſ. ab inteſt. diſſert. 8. cap. 10. §. 61.* De ea quæſtione, an renunciatio impediat, etiam acquiſitionem ex teſtamento dicemus paulo poſt, caſu XVIII. 56

(c) Rationes decidendi divinare non poſſum. Valida poterat pronunciari donatio uxoris in maritum, ſed ſalvo Jure tertii. Legitur hic caſus etſi nominibus male diſpoſitis apud *Beſoldum in Conſil. Tubing. Conſilio LXIV.* & *Conſil. CLI.* ubi donationem in parentis aut ejus hæredum præjudicium fieri non potuiſſe decidit. 57

(d) Excludi potuiſſe de Jure exiſtimo, ſed erat tunc ſententia JCtorum communis, renunciatione materna non teneri. Ratio etiam transactionis erat, ne, ſi nepotes ex ſororibus Sigismundo aſſiſterent, cauſa Saxonum evaderet durior. Ita hodie etiam ſæpe quæſtio Juris mutatur in Conſilii quæſtionem, atque remittimus de Jure noſtro, cujus perſecutio videtur difficilior, ſed tamen hinc Juri præjudicium fieri non poteſt. 58

(e) Etſi Geradæ Jus alias inter Illuſtres Saxoniæ fœminas receptum, vide *Lyncker. deciſ. 118.* ſed ab eo, quod transactione amica placuit conſequentiam deducere non oportet. 59

(f) Conſenſus mariti hodie ut plurimum in inſtrumentis renunciationum fit mentio, prout ex formulis liquet. Sed tamen magis ex conſuetudine quam, quod ſi ea formula fuerit omiſſa, renunciatio minus foret valida. Nam etſi Germaniæ populi, Saxones cumprimis, in Mariti tutelam collocaverint uxorem, quæ etiam conſuetudinis origo eſt haud dubie; tamen vis & efficacia renunciationis non eſt a mariti conſenſu, ſed ex ſtatuto & more familiarum. Jam vero etiam communi Jure mulier non poteſt dicere actum invalidum, quem ſola geſſit ad morem Regionis, ut cum Curatore vel marito aliter gerere non potuiſſet. *Lynck. deciſ. 1053.* Multo magis hoc in Illuſtribus habebit locum. 60

(g) Ratio dubitandi, quod non juraverat, quod læſam ſe eſſe diceret. Requirunt autem Jusjurandum ad actus eſſentiam interpretes. *Torre, Kellenbenz. aliique.* 61

(h) Vide Conſilium apud *Breulæum de Renunciandi recepto more modoque pag. 570. ſeq. Gail. 2. Obſerv. 59. Mynſing. 1. O. 17. Muſcul. Membr. 1. n. 203.* Alia eſt quæſtio, an verum ſit juramentum, quando adhibentur verba bey Fürſtl. Gräffl. Adel. Ehren- Treu- und wahren Worten, an Eydes-Statt, quod recte negatur. Alia, an jurijurando æquipolleant, an ad renunciationis ſolennia ſufficiant. Qui hoc negant, faciunt ex hypotheſi prohibitæ renunciationis Jure Civili Romano, quæ non aliter quam Canonica lege ſuſtineri queat. Sed falſum hoc poſtulatum ſupra diximus. Aſſerunt autem æqualem effectum quoad firmitatem promiſſionis *Gailius* & *Mynſingerus dictis locis. Kellenbenz. quæſt. 3. Carpzov. de Jur. fœminar. decad. 4. poſ. 7.* & *2. Conſt. 16. def. 5. Lyncherus ad π. tit. de Jurejurando in Forma & deciſione 1491.* confer *Struck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſ. 8. cap. 10. §. 2. ſeq. Joh. Torre de pact. ſucceſſ. L. 2. cap. 8.* Et cum ſtatuto vel conſuetudine familiari teneatur fœmina renunciare, quid opus erit jurejurando ſolenni? 62

(i) *Breulæus dicto loco, Struck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſ. 8. c. 10. §. 26.* cum multis ibi alleg. & *diſſ. 1. cap. 1. §. 9. 13. Lyncker. tit. π. de Inoff. teſt. §. 17. Joh. Torre de pact. futur. ſucc. L. 2. cap. 26. num. 114. ſeq. Stuckius Conſil. 1. num. 79. 81. 468. 493. Mar-* 63

purgenſes conſilio 29. num. 40. vol. 2. Betſius de Pact. Famil. Illuſtr. cap. 8. §. 14. vid. infra lit.(q)

64 (k) Ab JCtis Ingolſtadienſibus apud *Giphan. de Renunciat. pag. 78.* Ratio dubitandi, quae adferebatur: filiam ſemel excluſam ſemper excludi, hodie præſertim in Germania a multis non recipitur. vide quæ diximus ſupra Lit. (*e*)

65 (l) Supereſt quæſtio: An ſoli Annæ ſit adjudicanda ſucceſſio, an æquali ex parte, cum *Wilhelmi* filia *Maria?* Dubitandi ratio eſt, quod incertum ſit, cui nam ſuccedatur patri an fratri. Si fratri, gradu eſſet propior hujus filia. Si patri, obſtabit Annæ renunciatio matris. Sed Reſp. De Patris ſucceſſione hic eſſe quæſtionem non de fratris. Fratrum favore renunciaverat Mater Annæ, cujus jus revivixiſſe in hærede filia poſt extinctos maſculos, recte reſpondſum a JCtis, ergo ſi territorium eſt diviſioni obnoxium ſuccedent ex partibus æqualibus. Si eſt individuum, aut commune erit utrique, aut Jure Primogenituræ introducta, ſuccedet illa, quæ eſt non ætate ſolum, ſed etiam linea propior. vide *Kellenbenz. quæſt. 19. n. 21.*

66 (m) Tubingenſibus JCtis apud *Giphan. de Renunc. p. 90. ſeqq.*

(n) Si ſcil. nulla dos fuit conſtituta. Exceptio enim dotis non ſufficientis, ſi quantitas ſtatuto eſt definita, locum non habet, ut paulo ante probatum. Et fallitur omnino *Ant. Fab. decad. 30. err. pragm. 9.* quando legitimam dotem eam eſſe dicit *num. 21.* quæ ſit legitimæ portioni æqualis. Atqui, ut ipſe *num. 15.* rectius ſentit, legitima nulla eſt niſi ab inteſtato, ſi filiæ non ſuccedunt ab inteſtato, nullam etiam petent legitimam. Ergo quantitas dotis non alia eſt magis legitima, quam quæ ſtatuto definita. vid. *lit.* (*i*)

67 (o) Quæ regulariter niſi in ſpecie ei renunciatum, non intelligitur. *Lynck. Reſponſo 177. num. 21.*

68 (p) Caſus hic inter Illuſtres accidere non poterit. Nullam exiſtimo eſſe in Germania Gentem, quæ filiabus de dote non proſpiciat, dotis quantitatem ſtatutis non definierit, renunciationes conſuetudine non introduxerit. Si inter alias inferioris conditionis perſonas exiſtere hunc caſum contigerit, facilius defendi poſſet renunciationis iniquitas, quam nec Juramentum ſubſtinebit. Sed male omnino TVBINGENSES tunc reſponderunt, cum ſupponeretur ſtatutis familiæ renunciationem eſſe introductam. *In nihilo revelat*, lepida verba ſunt Reſponſi, *dominos Schenkios, quod dixerunt morem eſſe puellis nobilibus hereditatibus in gratiam maſculorum renunciare. Nam id ita in more eſt, & valet, ſi puellis aliquid detur. Sed hæc puella ne teruncium quidem accepit.*

(q) Lipſienſes apud *Giphan. d. l. pag. 114.*

69 (r) Vide ſententiam depoſitionis Wenceslai in *Apparatu Juris publ. & hiſt. Germ. Argentorati edito Anno 1696. pag. 63.*

70 (s) Id enim inter paciſcentes actum eſſe optima interpretatione concluditur. Patris enim commodo renunciationem facere actus eſſet fruſtraneus, cum vivo fratre filia hæres eſſe nequeat. Ergo maſculorum fratrum agnatorumque intuitu factam eſſe creditur, ſuppellectili ſuperbæ atque aulatum apparatui ea tempeſtate operam non dederunt Principes: tantum fuiſſe credibile eſt, quantus ad dignitatem more ſeculi requiretur. Omnem ergo acceſſionum territorii jure occupatum fuiſſe, vero eſt valde ſimile.

71 (t) Prohibetur Jure Saxonico uxor donare geradam marito. Rationem reddit *Carpzov. 7. 13. 1.* ne Juri publico fieret præjudicium. Unde nec jurejurando donatio iſta poſſit confirmari. Sed quodnam hic eſt Jus publicum? Provinciale Jus Saxoniæ conſuetudinarium, Jus publicum dici non poteſt. Et non multum tribuiſſe Saxones huic Juri publico inde patet, quod non contrarium ei eſſe dicant, ſi uxor marito Geradam etiam leviſſimo pretio vendat, deinde pretium ei donet, vide *Carpzov. 2. 13. def. 9. 11.* ſed ita ex prudentia Juris fit luſus, vide *Schilt. Exercitat. XXXVI. §. 102. & XLIII. §. 13. Lyncker.*

cker. decif. 1365. 1466. Rara hodie exempla ſucceſſionis Geradæ inter Illuſtres, nam uxores non ſemper ex gente Saxonica adſciſcunt ſibi Principes Saxones. Unde fit, quod cognatæ proximæ ex alia familia geradæ ſucceſſio non tribuatur, cum æquali Jure non ſint gaviſuræ fœminæ Saxonicæ in illis locis, ubi Jus Geradæ non obtinet. Quemadmodum enim Geradæ Jus retorquetur contra Saxones *3. conſtit. 38. def.* ita etiam negabitur Jus Geradæ a Saxonibus extraneis *Lyncker. dec. 1311.* Cæterum, quæ in caſu hoc numero XIII. dicto rationes & reſponſa militaverint, eorum memoriam conſervavit *Hortlederus*, & a nobis in Appendice ſunt excerpta. 72

(*u*) Quid ſi in renunciatione fratrum tantum ſit facta mentio, & cum filiis fratrum ſtirps maſculina defecerit, an filiæ, quæ renunciavit, Jus reviviſcet? Affirmandum exiſtimo, cum eadem utrobique ſit ratio. vide *Beſoldum Conſilio XIV.* & *Conſil. CLXXI.* junctо *Kellenbenz. quæſt. XX. Lynckerum Reſponſo CXXXIII.* Finge transegiſſe ſucceſſorem feudi cum defuncti agnati ſorore de hæreditate allodiali, Amitam iſtius ſororis renunciaſſe, ut dictum, favore fratrum, extincta jam ſtirpe maſculina, repetere hæreditatem. Actio contra quem inſtituetur, ſucceſſorem, an neptem ex fratre? cum qua Succeſſor, ignarus forte illius poſtulati, transegerat. Contra ſucceſſorem actio locum non habebit. Aget enim petitione hæreditatis, quæ inſtituenda contra poſſeſſorem *L. 9. & ſeq. ff. de her. pet.* Atqui ſucceſſor non poſſidet hæreditatem, ſed feudum. Feudum autem non eſt hæreditas. Ergo contra neptem ex fratre experietur. Et fruetur portione ea, quam ex parentis hæreditate habitura fuiſſet ab inteſtato. Non ergo ſuccedet fratris filio, cujus ſoror amitam propinquitate gradus excludit. 73 74

(*x*) Confer *Kellenbenz. quæſt. 15. num. 27.*

(*y*) Filiarum renunciationem ſemper intelligi de ſucceſſione ab inteſtato tradit *Ant. Fab. Err. pragm. decad. 30. err. 8. num. 11.* & impune præteriri filiam, quæ renunciavit, in teſtamento *num. 13.* Majorem enim eſſe vim ſtatuti, quam civilis Juris *num. 14.* unde infert non excludi filiam ab eo, quod ei relictum fuit teſtamento. Quodſi ſtatuto prohibitum ſit ad filias aliquid transferre, alia eſt ratio, vide eundem *Ant. Fab. dict. loc. err. 9.* Cæterum an ſubſiſtat obligatio inter patrem & filiam renuntiantem, otioſa foret quæſtio, quam movet *Kellenb.* notatus idcirco a *Schiltero ad quæſt. 13. inf.* 75

(*z*) *Mynſinger. 1. Obſervat. 17. & 4. Obſervat. 20. Reſponſ. 10. num. 10. decad. 1. Gail. 2. Obſerv. 59. Schurf. 2. Conſil. 17. num. 11. Weſenbec. Conſil. 10. num. 24. Cothm. 1. Conſil. 18. & 4. conſil. 28. Vultejus Conſil. Marpurg. 17. num. 111. Volum. 1. Leuchtius in Addit. ad Dalner. cap. 4. num. 2.* 76

(*aa*) Ita conſuluit Anno 1621. Scabinatus Coburgici nomine ejusdem Ordinarius *Andreas Gerhardus*, cui Reſponſo, ſi adjungas *Joh. Stukii Conſilium I.* in gravioribus de renuntiationibus Fœminarum illuſtrium Controverſiis, Lectori poterit fieri ſatis. 77

(*bb*) a *Jo. Stukio* inſigni Juris-Conſulto in Reſponſo, quod eſt in Volumine Conſiliorum ordine primum, ſæpe a nobis laudatum. Rationes allegatæ reſpondent Conſilii numeris 72. 82. 77. 197. 511. 608. In eodem Conſilio excerpta teſtamenti Brunſuicenſis Ducis, cujus mentionem fecimus, leguntur. 78

(*cc*) Ab eodem *Stukio Conſilio XII.*

(*dd*) vide *Symphoremæ Conſult. Forenſ. Volum. I. Conſult. IX.*

(*ee*) *Ludovico* Stolbergico ſoli non debebatur ſucceſſio in bonis relictis a *Ludovico de Marra*, qui obiit Anno 1544. Sed ipſe eam apprehenderat, poſtea voluntate fratrum retinuerat vi pacti Anno 1548. initi.

Filiæ earumque hæredes pactum de Anno 1548. in Judicio agnoverant. Neque juvabantur exceptione non facti implementi, ſcil. ſolutionis 60000. flor. quia elidebatur hæc exceptio replicando, quod *Ludovicus* ditionum partem magnam alienaſſet. Erat hæc replicatio in ipſo pacto familiæ fundata. Nihilominus acceperant a *Chriſtophoro* patruo 79

patruo 24000. flor. Neque tota ſumma 60000. Imp. erat onus Dynaſtiæ *Rocheſort.* Quam etiam ſummam longe ſuperant fructus a morte *Ludovici* indebite percepti. Inveſtituram vero a Domino feudi, Epiſcopo Leodienſi, non tenebantur petere Stolbergici ante adeptam poſſeſſionem, vid. *Struv. Synt. Jur. Feud.* Lis fuit in Cameta Imperiali cœpta contra filias Anno 1550. Per varias temporum & perſonarum viciſſitudines ſucceſſive continuata, tandem Anno 1732. ſententia pro Stolbergicis lata dedit ei finem.

80

81 (*ff*) Oldendorpius *Vol. 4. Conſ. Marburg. VI.* ita ſcribit: Non ſufficit mulierem probaſſe, quod multi fatui in illa civitate, cum eſſent ex familia ab inteſtato mortui, nihilo tamen minus paſſi ſint præferri uxorem, vel uxore mortua, maritum: quod enim hoc eſt aliud, quam oſtendere factum quoddam & hiſtoriam nudam? potuiſſent enim illi ſuis quoque bonis renunciare, quod tamen alii, jus ſuum perſequenti, non poteſt obeſſe, juxta regulam, res inter alios actas, aliis non nocere: ſed oportet probare, quod aliquando, cum unus vel alter vellet contra dicere tali de ſucceſſione conſuetudini, Magiſtratum tunc certa ratione motum cognoviſſe, atque judicialiter pronunciaſſe ſecundum eam. *Et porro.* Non eſt res adeo levis æſtimanda, ut ſufficiat dicere: Ille ac ille ita fecerunt, ergo eſt conſuetudo. Adde *Lyncker um Vol. 2. Reſp. LXXII. & Reſp. XII. quæſt. 2.*

82 (*gg*) Laquearia eſſe in ſuppellectili, diſerte expreſſum eſt in *L. 5. de ſupell. legat.* vide *Carpz. 6. Reſponſ. 34. num. 26. ſeqq.* De *Mobilium* vocabulo Interpretum obſervare licet diſſenſum: alii ſupellectilem tantum *meubles* denotari volunt, alii generaliter quidquid moveri poſſit. Prioribus accedit *Klotz. 3. conſil. 125. num. 36. Stryck. uſu modern. de Rer. diviſ. §. 16.* de Italiæ moribus idem teſtatur *Theſſaur. deciſ. 160.* Quod etſi caſu præſente locum eſſet habiturum, ſi de mobilibus domus tantum fuiſſet conventum, ampliorem tamen eſſe vocis mobilium ſenſum, exinde liquet, quod omnia mobilia in Herrſchafft relicta, filiæ ſint reſervata. Ergo non tantum ſupellex, ſed etiam equi, oves, ſarmenta, & quidquid ad inſtruendum fundum fuit comparatum, filiæ relictum eſſe intelligitur, vide *Klok. diſt. conſ. 125. Carpzov. 3. Conſt. 24. def. 7. Heeſer de acquæſtu conjugal. part. 2. loco 17. numer. 16. Berlich. 3. concl. 30. num. 18. Coler. dec. 286. num. 151. Knipſchild. de Fideic. fam. c. 5. num. 102.*

83 (*hh*) Ab agnatis ſtant 1. verba pacti, quo ceſſere pater fratresque defuncto prædium ſub conditione vel modo reluendi, verbum enim *Poſteaquam*, ſive Nachdem, conditionem inferre, *Gædd. ad L. 217. de V. S. Rudinger. 3. Obſerv. 77. Mynſing. 6. Reſp. 68. n. 5.* vel *modum*, juxta *Strauch. Lexic. Partic. Jur. dicta voce.*

84 2. Quod pacto inter patrem filiosque inito prædium illud fideicommiſſo fuerit ſubjectum, Falls Seine Liebden ohne Ehelliche männliche Erben verſterben ſollte, dieſes Allodial-Hof-Guth cum pertinentiis ohne einige prætendirende Melioration, Koſten noch andere Beſchwerden, ſie haben Nahmen wie ſie wollen, auf Unſere übrige freundliche liebe Söhne und deren männliche Deſcendenten zurück fallen ſolle.

85 (*ii*) Inter Jura realia ſunt alia jure hypothecæ, alia jure Dominii cum pacto de Retrovendendo adquiſita. Utraque vulgo vocantur Pfandſchafften, ſed tamen effectu juris bene diſtinguenda, vide *Beſold. Th. pr. voce* Pfandſchafft. *Arumæus 2. deciſ. 5. n. 74. Richter. 2. Conſil. 107.* Nomina itaque cum pacto hypothecæ a defuncto relicta ad res mobiles erunt referenda *Lynck. deciſ. 889.* conf. *Berlich. 3. concl. 30. n. 34. Gail. 2. Obſ. 11. num. 7.* etſi fuerit adjecta vox wiederkauffflich, quam ab imperitis ſæpe pro wiederlöslich, uſurpari docet *Stryck. de cautel. contr. ſect. 2. cap. 4. §. 28.* Aliud dicendum de bonis vel reditibus annuis cum pacto de retrovendendo emtis, *Knipſchild. de Fideicommiſſ. famil. cap. 5. numer. 26. ſeqq. Mynſing. 1. Obſervat. 69. & 2. Obſ. 10.* Ergo cum mobiliaris hæreditas tantum fuerit reſervata filiæ, excluſam eam volunt agnati ab hisce bonis a defuncto quæſitis. Sed quæſtionis hujus reſolutio a ſequentibus dependet, videlicet an teneatur filia pactis familiæ & contenta eſſe debeat dote. Hic diſputatum fuit, poſito excludi ab immobilibus filiam, cujus futura eſſet pecunia, ſi a debi-

86 toribus

toribus liberari bona contigerit, an filiæ, an agnatorum? Pro filiabus respondit *Hartm. Pist. 3. quæst. 24.* Pro agnatis faciunt argumenta: (1) quod spectandum sit tempus mortis defuncti. In hujus autem bonis pecuniam non fuisse, ergo hæredi filiæ non adquiri, *Coler. P. I. dec. 57. num. 14. & 2. dec. 286.* neque (2) Retrotractionem fingi posse, cum Agnatis jus in bona fuerit quæsitum, *Afflictio decis. 286.* & an reluitio a voluntate debitoris dependeat, *Bachov. de pignor. L. 4. c. 2. n. 2. Brunnem. ad L. 9. & 11. ff. qui potior. in pign. Berlich. 3. concl. 30.* adde *Carpzov. 3. const. 23. def. 33.*

(kk) Rationes Agnatorum: (1) Pactum antiquum familiæ, consuetudine sequente confirmatum, quo filiæ jubentur contentæ esse dote & renunciare hæreditati omni paternæ, (2) in recentiori pacto reservari filiabus solam successionem mobiliarem. Rationes filiæ: (1) in pacto antiquo renunciationem tantum in bona immobilia familiæ juberi, neque esse fideicommissum extendendum *Knipsch. c. 14. n. 45. & cap. 5. n. 2. seqq.* (2) Filiam sui parentis hæreditati non renunciasse, nec renunciare teneri, quia pater defunctus abdicando sese a successione paterna fraternaque pactis illis antiquioribus non fuerit obstrictus. (3) In pacto novissimo non actum fuisse principaliter de successione filiarum, sed de adquisitione ditionum per reluitionem recuperatarum, & de constituendo fideicommisso in favorem agnatorum, de reliqua hæreditate defuncti pactum non loqui, male itaque fieri ad reliqua defuncti bona extensionem. 87

(ll) Resolutio hujus quæstionis ex præcedente dependet.

(mm) Electorum Jurispublici Tomis tantum tribus primis operam me impendisse scio, reliqui omnes, si excipias pauca quædam capita Tomi quarti, alii debentur Auctori & fortassis pluribus. vid. *Struvii Bibliotb. Jurid. Edit. quinta pag. 629.*

XXVIII. Lege Regni antiqua fœminæ a successione non excludebantur. Alia lege prohibetur translatio regni ad Principem Regni vicini. Filia natu major in matrimonium collocatur Regi vicino. Renunciat solenniter omni successioni. Et tamen renunciatio contra fidem datam impugnatur, scriptis, armis, arte, vi aperta. Bellum Gallicum, initio seculi præsentis XVIII. cœptum & Anno 1714. pacificatione finitum, testimonium præbet, quantum fiduciæ positum sit in ejusmodi pactis cum vicino potente & novarum rerum adquisitionumque cupido initi. (a) Sed hæ sunt sequelæ principiorum, quæ renunciationum firmitatem impugnant, a quibus nulla promissio sanctior potest esse tuta. 88

Satis de Successionibus pro instituti ratione a nobis actum. Aggrediamur itaque alterum partis hujus caput, quod ea exponet negotia, quæ matrimonii habent respectum.

(a) Vide literas Cardinalis *Mazarini* ad Legatos Gallicos Monasterii Westphalorum Anno 1646. 20. Febr. datas, quæ leguntur in Libro maxime commendando: *Memoires & Negotiations secretes de la cour de France touchants la Paix de Münster. Tomo I. pag. 101. seqq.* Poterat controversia de Successione in Monarchiam Hispanicam referri fusius. Sed actum agere nolui. Sufficiet igitur scripta ab utraque parte edita recensere. Galliæ Delphini causam defendit libellus: *La defense du droit de Marie Therese d' Autriche Reine de France à la Succession des couronnes d' Espagne.* Nec non *Excerpta Historica & Juridica de natura Successionis in Monarchiam Hispaniæ.* Austriacæ familiæ Jura argumentorum luce radiant in Libro elegantí Gallico; *Defense du Droit de la Maison d' Autriche à la Succession d' Espagne 1703.* Nec minus in libro, cui titulus: *Jus Austriacum in Monarchiam Hispanicam assertum.* In utroque acta pactorum dotalium & renunciationum leguntur.

PARTIS SECVNDÆ

CAPVT II.

§. I.

1 AD privatum Jus referendum esse omne id, quod Imperii civilis respectum non habet, sæpius a nobis dictum: unde fluit conclusio, si de Jure in res uxoris sit sermo, si de dote, de dotalitio, morgengaba, donatione propter nuptias, aliisque rebus quæramus, quæ matrimonii fiunt intuitu, Illustres Personas Jure uti privatorum. (a) Pauca
2 itaque hoc in articulo dicenda erunt, ubi a reliquis fœminis peculiare quid Illustres habeant. Et hoc ipsum non nisi ex pactis proveniet, quibus si quid non conventum, aut consuetudine aliter receptum, ex privato Jure erit dijudicandum.

3 (a) Non omnes quidem privatæ conditionis fœminæ iis beneficiis gaudent, hujus rei tamen causa non est, quod sint inhabiles jure, quemadmodum ad feuda, sed quod non omnium Reipublicæ civium ea sit conditio, eæ facultates, ut uxoribus suis dotalitia constituere possint. Plebejæ sortis maritus, si uxore pro dote illata dotalitium constituere velit pactis dotalibus, Morgengabam præstare, jure non impedietur, *Horn. J. F. cap. 21. §. 8. in fine.* Est itaque dotalitii Jus non peculiare Illustrium Fœminarum aut nobilium, sed quarumcunque. Modus & circumstantiæ accidentales differunt.
4 Cæterum, si in res uxoris maritus illustris non fruatur æquali Jure, quod inter privatos usu venit, puta usufructu in rebus paraphernalibus, ubi is est receptus (Jure Romano enim non plus Juris habet maritus in paraphernis quam ab uxore ei concessum, *Eyben. de Jure paraphern. thes. 4. & 8.* adde *thes. 26.*) id duplici ex causa accidit, primum, quod introductis renunciationibus Filiarum Illustrium, raro paraphernalia bona uxor marito adferat, præter illa, quæ nomine der Aussteuer veniunt, de quibus mox dicemus, altera, quod datalibus pactis limites omnis Juris in re-
5 bus conjugum mutuo ponantur. Si existeret casus, quo de usufructu bonorum paraphernalium oriretur quæstio, deficiente pacto, ex communi Jure respondendum foret, vide *Stukium Consilio VIII. numero 79.* De *communione bonorum inter Illustres* non est, quod dicamus. Nam & communi Germaniæ Jure ea non obtinet, vide *Eyben. de Jure paraphern. thes. 20.* & ubi est consueta, deficit plerumque inter Illustres objectum communioni aptum.

§. II.

1 Pactis dotalibus Romana Juris prudentia omnem vim obligandi tribuit. Sed de dote & propter nuptias donatione fiebant potissimum, de paraphernalibus bonis accessorie. Et tamen non alium quam ultimæ voluntatis vim habebant, h. e. erat revocabile pro lubitu, quicquid de successione in iis esset conventum. (a) Hodierno Germaniæ usu ridendum sese præberet, qui diceret revocabilia esse ejusmodi pacta cum primis Illustrium. (b)

2 (a) Nam in cæteris hodie etiam privatorum dotalia pacta vim habent irrevocabilem, vide *Berlich. 2. Conclus. 51. num. 25.* unde conjux spretis pactis dotalibus ad lucrum statutarium reverti non potest. Idem *num. 30.* & *Cothmann. 2. Consil. 78. num. 169. Mev. 3. decis. 31.* adde *Brunnemann. 2. decis. 61.* Et tamen testamentum ante pacta dotalia

dotalia conditum per hæc non rumpi, niſi per modum ultimæ voluntatis poſterioris fiant, docet *Lyncker. ad tit. ff. de pact. dotal. in Eſſ.* De illis pactis dotalibus, quæ mixta dicuntur, h. e. quæ de ſucceſſione diſponunt, eſſe revocabilia, communis eſt Interpretum ſententia. vide *Gylmann. ſympher. Cameral. t. part. 3. vol. 6. Richt. deciſ. 26. num. 40. Brunn. 3. deciſ. 22. & 29.* ita ut etiam prælegatum in pactis dotalibus revocari poſſit. *Brunnemann. 5. deciſ. 66. & 2. deciſ. 24. Carpz. 2. 43. 10.*

(*b*) Non abſurde diceres valere pacta dotalia Illuſtrium, etſi de ſucceſſione loquantur, (nulla enim contrahuntur, ubi ſucceſſionis mentio non fiat,) in vim conventionis inter vivos. Nam ſi permiſſum eſt interpretibus pacta de ſucceſſione ſingulari, ultimæ voluntatis jure cenſere, vide *Torre de pact. ſuc. ſucceſſ. L. 1. cap. 4.* quidni liceat pacta Illuſtrium ſucceſſoria pro contractu habere, ne formulis verborum & ſubtilitate interpretum Juris Romani limitetur Illuſtrium paciſcentium voluntas Germanaque fides, vide *Titium ad Lauterb. Obſ. 774. num. 3. in fine.* Sed non opus eſt iſto refugio. Fuere pacta dotalia Illuſtrium in Germania & de ſucceſſione conventiones, ante recepta Jura Romana. Neque receptione Juris peregrini abolita, imo uſu conſtanti ſervata. Et habere vim irrevocabilem, uſus teſtatur irrefragabilis. *Lyncker. de Libert. Stat. Sect. 3. num. 2. §. 4. Andlerus L. 2. tit. 13. num.* Vide *Eundem L. 2. tit. 14. num. 40.* ubi quæſtionem tractat, an pacto dotali tollatur teſtamentum anterius, quam negative decidit, niſi ſit ad modum ultimæ voluntatis conditum. 3

§. III.

Quod ſi contingeret pacta dotalia non extare, caſu rariſſimo quidem, ſed tamen non inaudito, puta ſi conſummatio matrimonii fuerit præcipitata, deinde inter tractatus morte conjugium diſſolutum, deberi exiſtimo Illuſtri Viduæ omne, quod alias ex conſuetudine familiarum fœminis conceditur: Marito, ſi ſuper vixerit, quicquid jura communia largiuntur. Perficiuntur enim pacta dotalia conſenſu utcunque declarato. (*a*) Et cur tacitum pactum interveniſſe non diceremus, ut id, de quo non conventum, more regionis vel familiæ præſtaretur? ſi tamen durior tum exiſtat viduæ conditio, vel etiam vidui, quam quæ pactis obtineri potuerit, imputabunt id ſuæ impatientiæ. 3

(*a*) *L. 6. Cod. de dot. promiſſ. Lauterb. comp. Jur. hoc tit. in C.* vid. *Lyncker. deciſ. 74. & 1042.*

§. IV.

De Statutario Lucro, an inter Illuſtres habeat locum, aliquando fuit dubitatum, vel etiam de eo, quod Civili Jure Romano de ſucceſſionibus ab inteſtato eſt conſtitutum. Diverſum cur inter Illuſtres obtinere debeat, nullam video rationem. Sed quod caſus exiſtant non adeo frequentes, pactorum dotalium vel familiæ ſtatutorum fit interventu, ad quæ præcipue eſt reſpiciendum. Deinde etſi frequentius accidat in Saxonia, ut maritus mobiliarem hæreditatem acquirat, excepta Gerada, rariora tamen dari credo exempla, quibus uxor illuſtris beneficio *Auth. preterea C. unde vir & uxor,* (vide *Andler. Jurisprudent. L. 2. tit. 15. num. 7. 11.* infra *num. 62. in Exegeſi*) potuerit uti. Nam facultates Virorum Illuſtrium plerumque ad ſucceſſores transeunt terrarum, & cum filiæ excludantur a ſucceſſione, multo magis ab ea repelletur uxor. 4

§. V.

1 Sunt itaque Fœminarum Illuſtrium Jura, quæ matrimonii intuitu habent ſequentia:

(1) Dos conſtituitur a parente vel ſucceſſore territorii. Cujus quantitas a more familiarum determinatur & marito eſt numeranda. (*a*)

(2) Præter dotem filiabus etiam veſtes ornamentaque condigna, currus & equos aliaque præſtari ex facultatibus parentis aut ſucceſſoris, conſuetudo eſt familiarum, idque vocatur: die Ausſteuer, quas præſtationes hodie ſæpius in pecunia fieri obſervamus 2. 3. 4. 5. 6. & plurium millium imp. pro modo facultatum. Qua pecunia dotem interdum auget uxor, ut tanto pinguiori fruatur dotalitio, interdum paraphernalium loco habet, ubi notandum, quod etiamſi dos iſta pecunia fuerit aucta, pactis tamen plerumque libera diſpoſitio de illa ſumma uxori reſervetur. (*b*)

2 (3) Si dos non conſtituta vel non illata, (neque enim ut conſtituatur filiabus eſt præceptum naturale, ſed civile, *Eyben. de Jure Paraphern. theſ. 6. 7.*) viduis Illuſtribus nullum debetur dotalitium, ſed alimenta, Fürſt-mäßiger Unterhalt, quæ alimenta cum ex arbitrio ſucceſſoris determinentur, & facile fiat, ut viduarum tantus non ſit favor, quo iis largius proſpiciatur, hinc factum aliquando, ut Princeps, qui ab uxore dotem expectare non potuit, ei tamen voluit proſpectum, ipſe dotem conſtituerit. Exempla in Appendice relata id, quod dico, teſtantur. Etſi enim inter privatos vidua portione ſtatutaria fruatur, ſi dotalitio & dote carere malit, vide *Carpzov. 3. conſt. 37. Coccej. Jurisprud. exp. 28. num. 26.* id tamen inter Illuſtres Familias, quæ patrimonia habent plerumque rantum publica, uſitatum non memini.

3 (4) Maritus adfert donationem propter nuptias doti plerumque æqualem, quæ tamen non numeratur, (*c*) ſed *dotalitium* conſtituitur ita, ut reditus tanti aſſignentur, quanti ſufficiunt ad explendam ſummam uſurarum utriusque dotis, & donationis propter nuptias. Quæ uſuræ duplices in ſingulas centenas decem eſſe ſolent. Atque iſti reditus annui, uſurarum ſcilicet dotis & donationis p. n. in particula territorii aſſignati, *dotalitium* efficiunt. (*d*)

4 (5) Debetur porro uxori Morgengaba, quæ non eſt, ut aliqui dicunt, pretium virginitatis, ſed donum primi concubitus, quod etiam viduis, ſi iterato nubant, a marito dari ſolet. (*e*) Et interdum uxori numeratur, interdum dotalitio adjunguntur uſuræ duplices. Ita ut hisce uſuris a die matrimonii conſummati uxor fruatur. Quod etſi ſit æquiſſimum, perpetuo tamen non obſervari memini, vide §. 8. *num.* 2. Separato nonnunquam comprehenditur inſtrumento, atque uxori liberrima de ea pecunia relinquitur plerumque diſpoſitio, quod vocant das Morgengab-Recht. (*f*)

5 (6) A morte mariti relinquuntur uxori omnia a marito donata, permittitur dotalitii occupatio, fructus etiam anni unius, vel dimidii uxori quandoque prænumerantur, interdum cum vidua transigit ſucceſſor de certa pecuniæ ſumma, dotalitii loco ſolvenda, ut vel ſeparatam œconomiam

sonomiam instituat vidua, vel a successore, quæ necessaria sunt, pro dignitate subministrentur. (g)

(d) Variant hic consuetudines familiarum, sed nec in eadem familia æqualibus conditionibus semper fuit conventum. Interdum major summa in dotem accepta, interdum minor, pro ratione circumstantiarum & personarum. Saxonicæ Familiæ exempla vetustiora doris & donationum propter nuptias acceptæ, promissæ datæque filiabus, in Appendicem retuli, ex quibus etiam aliarum familiarum exempla innotescunt. A novissimis abstinui consulto. Pacto Confraternitatis Familiarum Saxoniæ & Hassiacæ Anno 1614. renovato de filiarum dote augenda, deficiente una ex familiis paciscentium ita cautum fuit: Es ist auch in dieser unser Brüderschafft Auf- und Ubergebung vornehmlich bedinget, ob einige unter uns vorgenannte Partheyen, ohne ehelich männliche Geburth abgienge, und doch Fräulein abgegangenen Stammes, die zu der Heil. Ehe noch nicht ausgesetzet, noch berathen wären, nach sich liesse, daß alsdann die andere Parthey, auf die des abgegangenen Fürstenthum und Lande, inmassen, wie vorgeschrieben stehet, verstorben wäre, dieselben Fräulein, als viel der wären, iegliche besondern aussetzen und berathen solle mit vier und zwantzig tausend Rheinischen Gulden, oder Gefährde. Jedoch wo der Fürst, der also zuletzt unter einer der Partheyen, das wären Chur- und Fürsten zu Sachsen als eine, oder Hessen, als die andere Parthey, gäntzlich verstürbe, nicht mehr denn ein Fräulein desselbigen Stammes, wie obstehet, verliesse, soll derselben die Summa ihrer Heimsteuer verbessert werden mit zwantzig tausend Gulden. Wo aber der Fürst derer zwey verliesse, so soll ihnen die Heimsteuer gebessert werden, ihr ieglicher mit zehen tausend Gulden, wo aber derer mehr wären, so soll ihrer jede Aussteuer mit vier und zwantzig tausend Gulden, wie obberühret, und ihnen allen obbemeldt, keine weitere Besserung, noch wegen Väterlicher, Müterlicher, Brüderlicher Erbschafft, *Legitima* oder anderer Gefälle, was mehr zu reichen, zu geben oder folgen zu lassen schuldig seyn, sondern sie sollen mit obberührten Summen aller ihrer Forderung, so sie zu haben gedächten, allenthalben vergnüget und abgereicht seyn und bleiben, und sich hierüber keiner *Successi*on oder Anforderung an den Häusern Sachsen und Hessen anmassen, in keinerley Weise oder Wege ꝛc. Cui paucis mutatis consonat alterum pactum inter Saxones, Brandeburgicos & Hassios eodem anno initum. Es ist auch in dieser Unser Brüderschafft und Handlung vornehmlich bedinget, ob einige unter uns vorgenannte Partheyen also ohne eheliche männliche rechte Leibes-Lehns-Erben abgiengen, und doch Töchter, Schwestern und andere Fräulein, aus demselben Hause gebohren, eine oder mehr hinter sich verliessen, die zu der Heil. Ehe noch nicht ausgesetzet, noch berathen wären, daß alsdann die andern Partheyen, auf die das abgegangene Chur-Fürstenthum, Fürstenthum, Herrschafft und Landen, inmassen wie vorgeschrieben stehet, verstorben wären, dieselben Töchter, Schwestern oder Fräulein, als viel derer wären, iegliche mit vier und zwantzig tausend Gulden Rheinisch Ehe-Geldes und sonsten allen andern Fürstlichen Aussetzungen aussetzen und berathen sollen, in aller Massen als die abgestorbenen Fürsten davor in vergangenen Zeiten ihre Schwestern und Töchter gewöhnlich ausgesteuret und berathet haben; iedoch wo der Fürst, der also der letzte unter einer Parthey, verstürbe, nicht mehr dann ein Fräulein desselben Stammes verliesse, soll derselben die Summe ihrer Heimsteuer abgebessert werden, mit vier tausend Gülden, wo sie aber derer mehr verliessen, so soll ihnen die gebessert werden, ihr ieglicher mit zwantzig tausend Gülden, und ihnen fürder keine Besserung, noch wegen Väterlicher, Müterlicher oder Brüderlicher Erbschafften *Legitima* oder anderer Anfälle was mehr zu reichen, zu geben oder folgen zu lassen schuldig seyn, sondern sie sollen mit obberührten Stimmen aller ihrer Forderung, so sie zu haben gedächten, allenthalben vergnüget und abgerichtet seyn und bleiben, und sich hierüber keiner Succession oder anderer Anforderung an den Häusern Sachsen, Brandenburg und Hessen anmassen, in keinerley Weise und Wege. Wo aber die verlassene Fräulein, ihrer wären eine oder mehr, wie vorgeschrieben stehet, nicht ehelich worden, das doch in ihrem Willen stehen solte, dieselben soll die

Parthey, an welche die Lande und Leute verfallen, in ihrem Frauenzimmer Fürstlich unterhalten, oder aber, wo ihnen nicht gelegen seyn wolte, in und bey desselben Chur- und Fürsten Hofhaltung und Frauenzimmer zu seyn oder zu bleiben, in andere Wege mit nothdürfftiger Unterhaltung und Leibes-Gedinge, als jährlich vier tausend Gulden versehen und versorget werden. Additur porro in utroque pacto de viduis: Ob nun auch nach des letzten Fürstens Abgange etliche Fürsten-Wittwen, sie wären desselben letzten verstorbenen Fürsten oder anderer Fürsten desselben Stammes, als der Parthey dieser Erb-Verbrüderung verwandt, ihrer wären eine oder mehr, nach seinem Todte im Leben, die dann auf solchen der verstorbenen Churfürstenthumen, Fürstenthum, Herrschafften, Schlössern, Städten, Märckten, Dörffern, Landen oder Leuten, Verschreibung, Verweisung oder Vermächtniß ihres Heyraths-Guths, es wäre Haupt-Steuer oder Morgen-Gabe, wie das genannt wäre, hätten, dieselbige und ihrer iegliche soll bey solcher Verschreibung, Verweisung, oder Vermächtniß geruhiglich bleiben oder geniessen und gebrauchen, nach laut der Briefe ihnen vor ihren Gemahlen darüber gegeben, und von der angehenden Parthey dabey geschützet, geschirmet und treulich gehandhabt werden ohne Gefährde. Und ob Wittib ihres Heyraths-Guths, Morgen-Gabe oder Leibgedinge nicht vermacht oder verweiset wäre, sollen die angehenden Partheyen sich gebührlich und nach Redlichkeit beweisen, und sie dabey schirmen und handhaben, in allermasseu, als ob das von ihrem Gemahl verwiesen und geschrieben wäre, auch ohne Gefährde. Illud

7 observatione non indignum, optima ratione fieri, ut Illustres Filiæ plerumque dotem accipiant, quæ pro dignitate personæ & facultatum parentis videri potest exigua, interdum cum dote, quam mercator dives in filiam confert vix comparanda. Familiarum utilitatem & observationem respicit ista consuetudo, neque dignitati Foeminarum Illustrium officit. Deinde nec consultum judicatur, ut dos major, quam consuetum, in familia a marito acceptetur, etsi ab uxoris parte augmentum obtineri possit. Cum enim doti æqualis constituatur propter nuptias donatio, nimium oneraretur successor, aucta ultra modum consuetum dote, vide *Carpzov. 2. Const. 46. def. 16. Lauterb. de Sing. fratrum Jure part. 2. membr. 1. §. 9. Hertius*, paroemia: reiche Weiber, arme Kinder, *Lib. 2. Paroem. 23.* Melius itaque sibi consulunt Illustres, si parva dote contentæ, reliqua, quæ uxor infert, paraphernalium loco habuerint, & de eorum acquisitione sibi prospiciant pactis, pecuniamque bene collocent, conf. *Mulpbort. cautel. feudal. cap. 10. Horn. J. F. cap. 21. §. 8.* Consilium hoc, quo magis observaretur, pactis aliquando ad certam summam dotis loco accipiendam obstrinxere sese Principes. Saxonicis 16000. Imp. summa placuit, vide *Excerptum in Appendice*, cui tamen adeo stricte non inhærerunt, ut majorem ab eo tempore nunquam fuerint pacti. *Mylerus cap. XII. §. 12.* de Mansfeldiæ Comitibus aliisque exempla recenset. Neque agnati difficiliores fuere in addendo consensu, vel, quod successionis spes esset remotior, vel, quod delata successione redituum defectus cum vita viduæ cessaturi facile possent oblivisci. Filiæ primum elocatæ si dos constituatur, cæteræ

9 eandem quantitatem jure postulabunt *Mevius 2. decis. 118. & 7. dec. 42.* conf. *Carpz. 2. Const. 46. def. 19.* ejusdem *Mevii decis. 119. pag. 7.* ubi de Agnatis. Ne itaque

10 inter Illustres de quantitate dotis filiabus dandæ, quam in dubio superioris arbitrio commissam volunt JCti, exoriatur controversia, pactis ea optimo consilio definitur, quæ etiam strictius, quam ubi de adquirenda dote agitur, observantur. *Saxonicam* familiam Electoralem dotem 30000. Imp. in filias conferre tradit *Springsfeld. de Apanag. 6. 12. n. 33.* Ducalem 20000. floren. si Electoris filiam intelligit Auctor, probari poterit assertio exemplis, si de linea Albertina, quam latiore significatu Electoralem vocant, est locutus, aliud docet experientia. In *Brandeburgica* summam esse 10000. floren. Rhen. idem *Springsfeldius dicto loco* recenset. Sed haut dubie in Electorali est major, forte etiam in cæteris. *Badenſium* filiarum dos est 1500. fl. *Brunſuicenſium* tan-

11 tundem. Regulam tamen immotam aut immobilem constituisse sibi familias non crediderim, temporum & personarum haberi rationem omnino existimo. Fœminæ Illustri si sint ex facultates, ut dotem augere queat, maritoque sit facta potestas recipiendi dotem solito majorem, non male sibi consulet, si de pinguiori sibi providerit

12 dotalitio. Regiones & urbes in dotem dari olim magis erat auditum, hodie exempla

nulla

nulla *Springsfeld diſſ. cap. 12. n. 42. ſeq. Coccej. Jurispr. publ. cap. 28. num. 3.* An vero dote expreſſe non conſtituta, Comitatus integer v. g. cujus hæres eſt fœmina marito in dotem datus eſſe cenſebitur. Negativam veriorem eſſe, judicat *Eybenius de Jure Paraphern. theſ. 3. arg. L. f. C. de donat. ante nupt. L. 9. §. 2. ff. de Jur. dot.* Unde præſtetur dos filiarum Illuſtrium, ex territorio, hoc eſt, tributis ſubditorum, an 13
ex privato patrimonio, dubium movet *Betſius de Pacſ. Illuſtr. cap. 6. §. 47. ſeq.* ſed terminos quæſtionis fundamentaque deciſionis, ut alibi (vide *Tract. noſtr. de Introduct. Jur. Primog. part. ſpec. aph. 8. n. 10.*) ita hic non collocaſſe diſtincte Betſium, ſum perſuaſus. Non eſt verum generaliter, dotandæ filiæ onus utilitatem reſpicere privatam. *Andler. Jurisprud. L. 2. tit. 16. num. 8.* vid. *L. 1. ff. ſolut. matrim.* Seminaria ſunt Reipublicæ matrimonia, ut ea concilientur inter illuſtres perſonas pro dignitate, e re eſt publica, non privata. Conciliantur autem etſi non ſola dotis quantitate, promoventur tamen & faciliora redduntur. Conſuetudo autem Reipublicæ, quam ipſe *Betſius* non improbat, id, quod privati Juris alias foret, publici Juris efficit ergo & publicæ utilitatis. Neceſſaria porro erat iſta conſuetudo, cum patrimonio privato Principes, Comitesque Imperii pletumque carerent. Eſſe enim allodialia etiam territoria publici Juris ſupra demonſtratum. Ergo dotanda eſt filia ex territorio *Coccej. diſſ.* 14
cap. 28. num. 1. Id autem aliter fieri nequit, quam tributo ſubditis impoſito. *Springsfeld cap. 12. num. 48.* Qui tamen omnino fallitur, cum aſſerit *num. 54.* in Saxonica Familia ex dominio Principum non ex tributis ſubditorum dotem filiabus præſtari. Quid per *Dominum* intelligat, non explicat. Multum confuſionis attulit in Germania 15
iſtius vocis a Gallis receptio. Neque rem a difficultate eximit, ſed magis implicat in Tractatu, quem *de Domaniis* inſcripſit *Ringlerus.* Si patrimonium privatum intelligitur, præſupponit *Springsfeldius*, quod, an exiſtat, eſt incertum, ſi bona avita allodialia ſive hæreditaria (ita rectius loquemur, relicta Gallis voce *domanii* vide *Schilter. Inſt. Jur. publ. L. 2. tit. 1. §. XI. Hotomann. in Franco Gallia cap. 8. 9.*) ad publicum pertinebunt patrimonium non ad privatum. Deinde quod ad acta provincialia provocat, contrarium ex actis probari poteſt. Notiſſimumque eſt non in Saxonia tantum, ſed & univerſæ Germaniæ provinciis colligi dotem a ſubditis. Unde etiam 16
eſt, quod cum Apanagiati territorium non habeant, eorum filiabus dotem ex Primogeniti territorio deberi. *Coccej. cap. 28. num. 3.* Et quo minus hoc ſubditis ſit oneri, ſalubri conſilio eſt receptum in aliquibus Germaniæ familiis, ut, etſi territorium ſit inter plures diviſum, conferant tamen ſubditi omnes ad dotem perinde, ac ſi diviſum non eſſet. Quodſi parſimonia ſua Princeps privatum patrimonium adquiſiverit, non eo minus id, quod moris eſt, a ſubditis conferri exiget, augere dotem ex privatis facultatibus ſi velit, poteſt. Omne *collectarum Jus* in Imperio Germanico a conſuetudine 17
dirigitur. Qui infinitam aſſerunt Statuum Imperii poteſtatem onerandi tributis ſubditos haut dubie in officium imperantis & leges publicas peccant. Quæ Imperii legibus debeantur a ſubditis tributa exponit *Coccej. Jurisprud. cap. 30.* ſed Regionum Imperii idem ubique mos non eſt. Alibi non ſit impoſitio, niſi ex ſubditorum conſenſu, vel qui univerſos repræſentant, ordinum provincialium. Et tamen ſunt quæ- 18
dam tributorum ſpecies ita comparatæ, ut conſenſus iſtius requiſitio, literarumque *reverſalium*, quas vocant expeditio ſolennitatis gratia fiat magis, quam ut arbitrii ſubditorum libertas agnoſcatur. Huc pertinet tributi illa ſpecies, quam in Saxonia appellant die Ordinar-Land- und Trauck-Steuer, item Præſent-Geld, ad ſuſtinenda regiminis onera olim voluntate ſubditorum introducta, hodie ad ordinarios reditus relata ita, ut etiam in diviſionibus territorii ejus collectæ habeatur ratio, der Anſchlag wird darauf gerichtet. Non eſt quidem ratio eadem tributi pro elocan- 19
dis filiabus, der Fräulein-Steuer, quia non eſt ordinarium, ſed in hoc tamen conveniunt, quod non ab arbitrio aut conſenſu ordinum provinciæ aut ſubditorum dependeat, ſed ſit neceſſitatis, atque pro onere publico habeatur, vide *Seckendorff* Fürſten-Staat *part. 2. cap. 7. §. 30. Abasv. Fritſch. peculiari diſſertatione* von der Fräulein Steuer. Alibi liberius imperantur ſubditis tributa, neque permiſſum eſt ordinibus 20
in rationes utilitatis publicæ inquirere, ſed adſentiendi gloria contentos eſſe oportet, vide *Hornium in Jurisprud. publ. cap. LX. §. LX. §. XVI.* Idque non antiquo more, ſed ſenſim uſurpatum, cum imperantes arte non obſcura eſſent uſi, ut quos ſcirent ad contradicendum audentiores, officiis publicis Aulæ, Curiæ, Militiæque adhiberent, aut

aliis

21 aliis beneficiis devincirent. Aliquando Imperatoris consensus ad onerandos subditos, facto ad eum Voto Comitiali, fuit expeditus, cujus rei exemplum maxime notabile de sumtibus Legationum Imperii nomine Statibus incumbentium (vide *Recess. Imper. Ann. 1512. §. 26. Coccejum Jur. prud. publ. c. 30. n. 6.*) in Actis Comitialibus Anni 1667. & 1670. legimus, vide *Fritsch. Addit. ad Limn. J. P. L. 4. c. 7. n. 45.* Ejusdem *Electa Jur. P. p. 2. c. 1.* inprimis *Andler. Jurisprud. L. 1. tit. 5. part. X. in Additionibus.* Quo Decreto a nobis plenius *in Appendice* recensito ad instantiam quorumdam e statibus lato, an omnes uti queant, nulla obstante contraria post publicationem consuetudine, extra controversiam non est positum. Sed satis fuimus digressi.

22 (*b*) Vide *Besold. Thes. pr. Continuat. voce* Aussteuer, ubi Wehnerum exscripsit. *Betsium de Pact. Familiar. Illustr. cap. 6. numer. 35.* Mos est Familiarum Illustrium, ut arbitrio sponsi relinquatur, ipsene uxori de rebus istis prospicere velit, an a sponsa, ut inferat, expectare. Et consultius ducunt sponsi, ut augmento dotis cedat ista summa. Ratione, ut puto, ea, quod etiamsi a sponsa inferantur, non tamen possit maritus earum rerum conservationem, & si consumtæ sint, detritæve, vel si alias mutatio placuerit, substitutionem novarum defugere. Accidit tamen, si ex familia digniore aut opulentiore ducatur uxor, ut illatio omnium, quæ loco der Aussteuer, præstanda sunt, arbitrio sponsæ, vel qui eam elocant, pactoque dotali leges præscribunt, voluntati permittatur.

23 (*c*) Unde nec subsidio subditorum ad eam est opus, neque non tradita, ad maritum redire dici potest. Vide *L. 29. C. de J. dot. c. f. x. de don. conjunct.* Imo vero uxor, soluto morte mariti matrimonio, dotalitio & adeo fructibus donationis propter nuptias fruitur ad vitæ dies. Hæ sunt, ut arbitror, rationes quod usum donationis propter nuptias tantum non esse in Germania, imo plane sublatum tradant *Gudelinus de Jure Nov. Lib. 1. cap. 8. §. f. Schilter. ad tit. x. de Jur. dot. §. 68. in Responso lit. a.* Cum quibus facere non possum. Nam etsi transfusa esse omnia donationis p. n. Jura in dotalitium videantur, sint etiam ex usu Familiarum Illustrium ita conjuncta, ut re-
24 gulariter dotalitium ad donationem habeat respectum. Sunt tamen alii effectus, qui donationi p. n. si constituatur, negari non possunt. Dotalitium potest esse sine dona-
25 tione p. n. & donatio p. n. sine dotalitio. Traditio donationis etsi non sit consueta Illustribus, fieri tamen posse quis dubitet ? Et habebit tum uxor dominium Civile pro securitate dotis §. *3. Instit. de donat. Novell. 61. cap. 1.* Habet Jure Romano Jus hypothecæ uxor ratione donationis p. n. promissæ *Mev. 1. decis. 173.* non dubito habituram etiam uxorem Illustrem, si casu non inaudito, æris alieni onere Maritus Illustris prægravetur. An etiam Jure prælationis gaudebit ? Negat *Cocceius* cum *Henelio, cap. 28. numer. 4. & numer. 22.* idem de dotalitio obtinere docet. Vide, quæ dixi in *notis ad Tract. de Introduct. Jur. Primogenit. ad part. specialis aphor. VI. num. 3.*
26 & *aph. 8. num. 6. seqq.* Dotalitio non fruitur uxor, si dotem non intulerit, *Henelius de dotalit. cap. 4. §. 14. Myler Gamol. cap. 13. num. 2. Struv. J. F. cap. 14. num. 10.* donationis propter nuptias lucro, si pacto dotali sit promissum, etiam dote non illata, non excidit vidua, *Lynckerus decis. 671.* Patet ex dictis usus donationis propter nu-
27 ptias, qui & clarior erit in exemplis mox adferendis. An æqualis doti esse debeat donatio p. n ? Negat *VVesenb. Consil. 49. num. 14.* Æqualitas etsi observetur utplurimum inter Illustres *Cocceij. dict. cap. 28. num. 4.* non desunt tamen exempla auctæ donationis ultra dotem, dantur & alia quantitatis minoris. Imperator si Augustæ, Rex Reginæ, Princeps uxori, quæ dotem minorem forte intulit, donationem ampliorem facere velit, quis prohibebit ? Regula itaque constitui non potest.

28 (*d*) DOTALITII synonyma, duarium, dotarium, sponsalitium, vitalitium, provisio Leib-Gedinge, Leib-Zucht, Verweiß, ex Henelio aliisque repetit *Myler. Gamol. cap. 10. num. 1.* Originem debet Germaniæ populis, teste *Julio Cæsare B. G. Lib. 6. cap. 19. edit. Cellar.* (Gallos quidem nominat Cæsar, eosque a Germanis distinguit *cap. 21.* sed commune nomen Gallorum, sive Celtarum fuisse utrisque demonstrat in *Prolegomenis Jurisprud.*

visprud. publ. Coccejus num. 9. 10.) Viri, *inquit Cæſar*, quantas pecunias ab uxoribus dotis nomine accipiunt, tantum ex ſuis bonis, æſtimatione facta, cum dotibus communicant. Hujus omnis pecuniæ conjunctim ratio habetur, fructusque ſervantur, uter eorum vita ſuperaverit, ad eum pars utriusque cum fructibus ſuperiorum temporum pervenit. Non poterat dotalitii, quo hodie utimur, ratio (ad donationem p. n. refert locum Cæſaris *Coccejus cap. 28. num. 4.*) deſcribi magis accommodate. Illud a conſuetudine receſſit, ut fructus utriusque ſummæ, dotis & donationis p. n. ſerventur. 29 Utrosque hodie percipit maritus, uxor non niſi eo defuncto, vel ut magis ex uſu loquar, donationis p. n. cujus fructus neque Jure Civili Rom. adquirit uxor, *Carpz. 2. 42. 1.* effectus ſuſpenditur in tempus mortis mariti, ita ut ſit uxori dotalitium vivo marito inſtar expectativæ, etſi ſtatim ejus poſſeſſionem apprehendat, *Mylerus Gamol. cap. 13. num. 9. ſeqq.* Occaſionem, vel ſi mavis, cauſam procatarcticam, introducti 30 apud Germanos dotalitii eleganter exponit *Coccejus cap. 28. num. 10.* Quod viri egregii, cum ſolius dotis fructus dignitati viduarum tuendæ non ſufficerent, pacto addiderint donationis p. n. fructus; ſed cum ne ſic quidem ſatis eſſet viduis proſpectum, utramque partem aliquid contuliſſe, uxorem, remittendo dotis repetitionem, maritum, uſuras duplices cum dotis tum p. n. donationis præſtando. Eſt igitur DOTA- 31 LITIVM Illuſtre, VSVSFRVCTVS, non aliquod jus plenius, quod *Mylerus* viduæ tribuit *cap. 10. §. 8.* & *cap. 11. §. 8.* non exponens, in quibus differat ab uſufructu. *Cautio* tamen uſufructuaria inter Illuſtres uſu non obtinet, *Coccej. dicto loco num. 25.* quam nec inter privatos Saxonico Jure præſtari a vidua *Berlich. 2. concluſ. 50.* docet, confer *Carpzov. 2. 47. 7. Henel. cap. 9. §. 4. ſeqq.* ratio eſt, quod uſusfructus tribuatur a lege, neque adeo oneranda ſit cautione vidua *Myler. cap. 13. §. 13.* PAR- 32 TICVLÆ TERRITORII, ſive feudalis ſive allodialis, & ita diſtinguitur a dotalitio vulgari, quod ex feudo præſtatur ſine ulla poteſtate regalium. Conſuetum eſt enim, ut Fœminis Illuſtribus etiam publici fructus concedantur, cujus rei cauſam adæquatam reddit *Coccejus num. 23.* quod longe commodius ſit viduam modico terræ ſpatio frui, quam in plures præfecturas reditus diſpergi. Hinc a dotalitio Illuſtri non eſt alienum concedi Jurisdictionem, Homagium a ſubditis præſtari, venationes, metallifodinas, vectigalia concedi. Ergo præſtatur dotalitium regulariter in re immobili, in 33 pecunia præſtari inter Illuſtres uſu non obtinet, niſi viduæ optio ſit relicta. Et eo caſu conſultum ſibi ducunt Viduæ Illuſtres, ut electa pecunia, poſſeſſionem dotalitii & facultatem id occupandi pro lubitu ſibi reſervent, officiales religione obſequii adſtrictos retineant. OB DOTEM ILLATAM, ad quod probandum confeſſionem ma- 34 riti non ſufficere tradunt *Carpzov. 2. 44. 10. Struv. J. F. c. 14. §. 10.* Filius tamen agnoſcere tenetur confeſſionem parentis juxta *Lyncker. deciſ. 691.* & *Reſponſo 172. num. 10.* ET IN FEVDI VTILITATEM VERSAM, quod, etſi ex numeratione 35 præſumi velint interpretes, vide *Henel. cap. 5. §. 8.* admittitur tamen probatio contraria, *Struv. dicto loco num. 3.* ubi notat *in Analectis Lynckerus*, ſufficere ſi verſa ſit dos in utilitatem feudi per conſequens, ſi ſcilicet maritus alias ex feudo ſumtus quosdam facere debuiſſet. Dote igitur non illata neque promiſſa dotalitium non debetur 36 *Struv. d. l. n. 4. Coccej. Hypomnem. J. F. tit. XII. numer. 9.* Quod ſi promiſſa ſit, non illata, integrum eſſe viduæ, eandem a morte mariti inferre, ut fruatur dotalitio, docet *Struv. dict. loc. num. 4.* quod tamen inter Illuſtres locum habere negat *Coccejus d. cap. 28. num. 12.* ſed hoc mihi durum videtur eſſe, neque rationem dari poſſe firmam, cur deterior conditio Illuſtrium Viduarum quam aliarum inferioris dignitatis ſit ſtatuenda. Et crediderim ſteriſſe ſemper per maritum, quod dotem promiſſam non exegerit, quem caſum excipit *Henelius cap. 4. §. 17.* Creditores an dotalitium viduæ 37 Illuſtris impedire poſſint quæritur? Et videtur caſus eſſe inter Illuſtres vix expectandus, ſed fieri tamen poteſt aliquando, ut, qui eſt ſeculi noſtri luxus, & æmulatio vel imitatio, nullus ſit ſumtuum, etiam reditus excedentium modus, ac ſi inexhauſtæ eſſent territorii opes viresque, deinde ordinaria media, eaque facilia ſint faſtidio, extraordinariæ pecuniarum acquiſitiones exoptentur, in his ſæpe cum aliorum injuria inveniendis exequendisque collocetur, atque laudetur Miniſtrorum prudentia, non alio effectu quam & nervi rerum gerendarum & fidei jactura. Sed ad rem. Jus hypothecæ, 38 quod fœminæ competit pro dote a tempore illationis factæ, *Carpzov. 2. 24. 3.* & donatione p. n. non ad dotalitium, ſed ad res dotis & donationis extenditur. *Mev. 1.*

decis. 173. unde & ad inopiam vergente marito beneficio, *L. 29. & authh. seqq. C. de Jure dot.* non in dotalitio, sed in dote gaudet *Coccejus Jurisprud. cap. 28. num. 22.* Prælationis Privilegium pro donatione p. n. fœminis tributum non est, ergo nec Illustris Fœmina eo utetur *Henel. cap. 7. §. 17. Bergerus 2. Resp. 112. Eyben. de Jure Paraphern. thes. 27.* Ergo pro dotalitio consequendo creditoribus aliis non præferetur. *Mev. dicta decis. 173.* Idque cum verum sit, si dos fuerit illata, multo magis locum habebit, si tantum fuerit promissa & fœmina inferre eam sit parata, *Brunnemann. 4. decis. 40. Horn. J. Feud. cap. 21. §. 7.* vid. *Lyncker. Responso 172. num. 8. seqq.* Nihil ergo consequentur Fœminæ Illustres quam dotem & p. n. donationem, sive ejus fructus
39 nach Land-üblichem Interesse, non usuras duplices, & ne simplices quidem de donatione p. n. si cum creditoribus anterioribus de prærogativa certent. Ratio est evidens, quod donationem p. n. petens vidua & usuras duplices, etiam dotis, in lucro versetur, creditores autem de damno vitando laborent, lucrum autem damno merito sit postponendum, *L. fin. §. 5. C. de Jure delib. Mevius dict. decis. 173. num. 9.* ubi *num. 13.* quod in Pomerania privilegio nobilium & longo usu lucri prærogativa doti
40 sit adæquata. Cautas ergo esse oportet Fœminas Illustres, ut dotem inferant, in rem mariti utiliter verti curent, ubi ad immodicos sumtus, ad profusiones esse proclives sentiunt maritos, illas quantum fieri potest impediant, ut dotalitium defuncto marito
41 mature acceptent. Nam quæ diximus hucusque, locum non habebunt, si vidua dotalitium repetitioni dotis, (optio enim est ei libera. *Struv. cap. 14. §. 15.* vide *infra num. 60.* neque alterutro electo pœnitere licet, *Berlich. 2. conclus. 52.*) prætuletit. Quæ declaratio facta intelligitur non pacto dotali, sed acceptatione post mortem mariti, *Coccej. cap. 28. Jurisprud. num. 17.* Ratio est, quod per dotalitium dos absorpta censeatur regulariter, adeoque fœminam in dotalitio hoc casu privilegio dotis frui sit æquum, & defendi in eo contra creditores, *Carpzov. 1. 28. 93. Pensoldus ad Colerl*
42 *decis. 256. n. 196.* vide omnino *Mev. dicta decis. 173. parte 1.* Quid ergo, si pacto sit conventum, ne dos absorberetur, quæ conditio plerumque hodie pactis dotalibus Illustrium adjici solet, & valide fieri docet *Carpzov. 2. 42. 3. Henel. cap. 5. num. 8. Myler. Gamolog. cap. 14. num. 3. seqq.* An & tum secura erit vidua in dotalitio acceptato? Non, existimo, cum iniquum esset futurum viduam cum damno creditorum fieri locupletiorem, contra regulam Juris cum naturalis tum civilis, *L. 206. de R. J. Mevius dicto loco num. 9.* ubi tamen consuetudinem contrariam, si probata fuerit evidenter (confer *eundem 3. dec. 208. num. 4.*) admittit. Quæ res observationes duas suppeditat, unam, non esse semper prospectum optime Fœminis Illustribus, si velut ferrea constituatur, quæ absorberi nequeat. Est enim periculum, ne omni lucro excidat vidua, si marito copuletur forte obærato, vel qui perdere res suas sciat, conservare nesciat. Alteram, Consultum fore, ut pacto familiari constituatur, ne dos ulla ex
43 causa repeti possit, vide *Lynckerum decis. 878.* neque metuendum, ut filiæ denegentur ambientibus, cum potius elocare eas, & ipsæ elocari, quam domi retineri malint. Dixi-
44 mus paulo ante, dotalitium non deberi, dote non illata vel non in utilitatem territorii versa. Communis est distinctio Interpretum inter filium & agnatum. Filium teneri, agnatum exceptione non illatæ, non in rem versæ dotis tutum fore *Henelius cap. 4. §. 16. Coccej. cap. 28. Jurisprud. num. 15. Lyncker. decis. 691.* ubi de confessione paterna dotis solutæ, *& decis. 1326. 1258.* de excessu dotalitii agit. *Andler. Jurisprud. L. 2. tit. 17. num. 16. & tit. 15. num. 15.* ubi remittere patrem uxori posse solutionem dotis, & tamen a filio dotalitium deberi tradit, sed testimonio *Eybenii* ibi adducto non probat. Quæ sententia fundatur in textu Juris feudalis *2. F. 45. Hart. Pist. 1. quæst. 4. num. 11.* Et ita supponitur successiones in territoriis Imperii iisdem fieri conditionibus ac in possessionibus privatis. Non immorabor hic recensendis DD. opinionibus diversis, quorum alii de filio hærede tantum intelligunt textum, ita ut liberum sit filio paterna hæreditate abstinere, & feudum retinere, alii filio hoc non permittunt, vide *Struvium cap. IX. aph. XI. & cap. XIV. aph. XXX. in Exegesi.* Illud tantum hic monendum, quæ filium hæredem feudi & allodii necessarium dicit extra Electoratum Saxoniæ non ubivis receptam, vide *Coccej. Hypomn. J. F. tit. 3. num. 22.* Ergo in tanto JCtorum dissensu ad filios successores territorii Imperii feudalis non esse applicandam, prout & in summis Imperii Dicasteriis aliter judicari testis est *Lynckerus in Analectis ad Struv. J. F. cap. 9. §. 11. Auctor Relat. Cameral. in Collectione Dekherriana Relat. 7.*

lat. 7. num. 49. ſeqq. & in fideicommiſſis, quo nomine omnia allodialia Imperii territoria cenſentur & poſſidentur, locum non habere *Ant. Fab. 2. Cod. tit. 1. def. 5. Lyncker. deciſ. 1146.* & *deciſ. 102.* & *802.* ubi de ſucceſſore Majoratus, adde *Appendicem noſtram ad Tract. de Introd. Jur. Primog. edit. altera num. XII.* nec non *Lyckerianam deciſ. 353.* ubi de verſione facta in rem, ſed non utiliter, non tamen anxiam probationem utilitatis requiri, docet idem *Lyncker. deciſ. 1046.* Pergamus in definitione dotalitii. Eſt uſusfructus CONSTITVTVS VXORI: An & ei cujus ſponſus 45
vel (1) ante benedictionem ſacerdotalem, vel (2) nuptiarum die ante concubitum, vel (3) ante benedictionem poſt concubitum mortuus fuerit, debeatur? Facio cum Coccejo, omnia Jura lucraque nuptialia, quæ non a communi Jure, ſed ab uſu & ſtatutis Germaniæ orta ſint, non incipere niſi a concubitu, eſſe igitur tres prædictas quæſtiones Jure Romano, quo nuptiæ conſenſu perficiuntur, affirmandas, Germanorum Jure negandas, *cap. 28. Jurispr. §. 21.* Conſtituitur autem dotalitium Illuſtre A POS- 46
SESSORE TERRITORII, qui non ſemper eſt maritus, nam conſtituitur etiam uxoribus *Apanagiatorum* a Primogenito, qui ſolus poſſeſſor territorii dicitur. An ergo & dotem lucrabitur primogenitus, vel de ea utiliter collocanda diſponet? Res ita ſeſe habet. *Apanagium* conſtitui vel in reditu vel in particula territorii. *De Introd.* 47
Jur. Primog. ſect. ſpecial. §. XII. dixi latius; & *in Notis Appendici nuper adjectis* Illud *proprium* non abſurde poſſe appellari Apanagium, hoc *improprium*. *Para-* 48
gium, ſi dicere malis ſpeciem poſteriorem, de verbo transigemus facile. In *Apanagio proprio*, quod ad hæredes non transit, (quibus tamen novum conſtitui æquitas poſtulat) dotis collocationem ſuo arbitrio merito vindicat Primogenitus. Nam ſi frui vult vidua apanagiati dotalitio, dos eſt inferenda territorio, ergo non poterit non eſſe Primogeniti de ea utiliter collocanda arbitrium. Non deberi uxoribus apanagiatorum dotalitium a primogenito, ſi dotem inferre ſint paratæ, contrarium foret & dignitati Fœminæ Illuſtris, neque id uſu Familiarum Illuſtrium probatur. Ergo ſi dotalitium dotem abſorbet, lucrabitur eam Primogenitus, cujus etiam in pacto dotali apanagiati componendo potiores erunt partes. Non obſtat, donationis p. n. onus eſſe mariti, 49
ergo & dotalitii. Reſpondetur: eſſe ſeparata ſua natura, & ſubſiſtere donationem p. n. ſine dotalitio, & hoc ſine illa. Non abſurdum eſt etiam, ut alius quam maritus donationem p. n. conſtituat. Quod ex conſuetudine Familiarum Illuſtrium procedit eo facilius, cum donatio p. n. uxori non tradatur, & plerumque ejus loco dotalitium conſtituatur. Pacto tamen fieri poteſt haut dubie, vel etiam teſtamento juberi, ut apanagiatus dotalitium de apanagio etiam proprio conſtituat. Huc faciunt verba teſtamenti Joh. Georgii I. Ducis Saxoniæ Iſenacenſis lineæ, quo Jus Primogenituræ introductum: Würden auch Unſers jüngern Sohns Liebden ſich nach GOttes Willen verheyrathen, und nach ſich eine Gemahlin oder Prinzeßinnen hinterlaſſen, gleich wie dann Seiner Liebden ſolcher Ihrer Gemahlin Ihre Wiederlage und dergleichen Gebührniſſen, ohne Zuthun des Erſtgebohrnen oder Regierenden Landes-Herrn zu verſchaffen gehabt, alſo mögen ſie dieſelbe auf die Helffte des Apanagii neben der Wohnung auf der halben Reſidentz, ſo ſie innen hat, wohl verleibdingen und verwittumen, iedoch, daß ſie das eingebrachte Ehe-Geld, zu do mehrer Verſicherung des Rückfalls, entweder, ſo bald mit des regierenden Herrn Vorweiſen und Genehmhaltung angelegen, oder zu deſſen Händen liefern, und von Ihme der Zinſen gewärtig ſeyn, gemeldtes Leib-Gedinge nun fälle bey Endigung des Wittums dem regierenden Herrn anheim, und im Fall Unſers jüngern Sohns Fürſtliche Nachkommen unter ſich dergleichen Fälle haben, werden die noch lebenden Apanagiati, an ſtatt des regierenden Herrn mit dem erledigten Deputat zur Helffte, wie auch bey eröffnetem Wirthum mit der andern Helffte beſället, und müſſen dargegen des verſtorbenen Vetters Prinzeßinnen Töchtere nach Proportion des auf ſie devolvirten Erb-Falls mit Unterhalt verſehen ꝛc. Die Ehe-Gelder bey Verheyrathung gedachter Prinzeßinnen betreffend, habe dieſelbe gleich allen Fürſtlichen Prinzeßinnen von Unſerm Fürſtlichen Hauſe Sachſen der Fräulein-Steuern in der Maſſe, wie es bishero in Unſerm Fürſtlichen Hauſe gehalten worden, auf abgelegten gewöhnlichen Verzicht zu genieſſen, die übrige Ausſtattung iedweden Fürſtlichen Eltern von dem Ihrigen herzugeben. In *Apanagio improprio*, 50

quod non ſolum particulam territorii afficit, ſed etiam ad hæredes transit, liberum erit apanagiato, vel ſi mavis paragiato (neuter enim dicitur territorii Dominus, ein regierender Herr, & cuicunque jura ſublimia territorii, cumprimis reſpectu Imperii competunt, diviſo, etiam inæqualiter, territorio, vel indiviſo, is neque apanagiatus dici poteſt, neque paragiatus, vide *dict. Append. de Introd. Jur. Primogen.*) particulam aliquam dotalitio deſtinare, dotem in apanagii ſui utilitatem vertere
51 eamque lucrari. Poſſeſſor territorii itaque conſtituit dotalitium, quo nomine comprehendimus, cum *agnatum* ſucceſſorem, tum ipſum *Dominum feudi*, ſi territorium eſt feudale, & ad dominum reverſum. Si ſcil. ab anteceſſore, vel vaſallo vivo nondum fuerit conſtitutum. Vide omnino *Henel. cap. 3. §. 6. ſeqq. Struv. cap. XIV. aph. 9. in*
52 *Exegeſi. Coccej. Jurisprud. cap. 28. num. 13. 14.* Ergo ſi tenentur, & Dominus, ad quem feudum eſt reverſum, & agnati ſucceſſores territorii ob dotem illatam, & in territorium verſam conſtituere dotalitium, (ita tamen, ut optionem habeant, malintne dotem cum donatione propter nuptias pleno Jure viduæ reddere, *Coccej. dict. loc. num. 19*) multo magis erunt obſtricti conſtitutum ab anteceſſore ratihabere. Ut adeo ſit regulari modo & formula ſit conſtitutum, conſenſu eorum opus non ſit. Et enim onus territorii dotalitium, vide *Coler. deciſ. 15. & deciſ. 60. Modeſt. Piſt. 2. Conſil. XI. num. 25. Mevius 8. dec. 354. Myler. cap. XII. §. 8. 9. Eybenius de Jure paraphern. Corollario*
53 *XII.* Aliud eſt, ſi a regulari formula conſtitutio dotalitii abeat, & ſucceſſores magis graventur, *Coccej. dict. loc. num. 16. Mevius 8. deciſ. 355.* Conſenſiſſe autem videri agnatos, ſi præſentes ſiluerint, nedum, ſi ſignaverint pacti dotalis tabulas, idem *Coccejus dict. loc.* docet. Silentium intelligo de eo, quod præcedente communicatione pro conſenſu tacito accipitur, nam generaliter ratihabere non videtur, qui negotio præſens tacet, neque ego ſuaderem, ut ſilentio illo ſecuram ſe fore Uxor Illuſtris putet.
54 Domini feudi conſenſum requiri in dotalitio privatorum uſus docet, & in Brandenburgenſibus provinciis ſolo domini conſenſu, neglectis agnatis, conſtitui valide, teſtatur *Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt.* confer *Coccej. Hypomnem. J. F. tit. 12. num. 7.* ubi de debitis ab agnatis agnoſcendis Jure Marchico. Obſervamus hic notabilem differentiam dotalitii Illuſtris a vulgari. Imperatoris enim conſenſum Familiæ Illuſtres non requirunt, niſi ob circumſtantias peculiares eo uti velint, & fallitur *Mylerus cap. 12. §. 15.* apud quem §. 17. legas *formulam conſenſus agnatorum*, quem hodie plerumque nuda ſubſcriptione inſtrumenti dotalis teſtantur. Modum conſtituendi dotalitii vidimus.
55 Rationem ſupra dedimus, quæ erat VIDVITATIS TVENDÆ CAVSA. Quantitas igitur dotalitii non præciſe ad quantitatem dotis eſt exigenda, ſed etiam donationis p. n. eſt habenda ratio, in qua quo liberalior eſſe poteſt maritus Illuſtris, eo ampliori uxor fruetur dotalitio. Regulariter tamen ille modus, quem in textu expoſuimus, obtinet, vide Gamologiam *Myleri cap. X. §. 11.* *Petitur* autem dotalitium officii judicis implo-
ratione, vel condictione ex moribus. *Auſtregarum* privilegium in ea cauſa locum non habere, neque *Reviſionis* beneficium tradit *Andler Jurisprud. L. 2. tit. 15. num. 17. &*
56 *tit. 17. num. 19.* confer *Colerum de Aliment. L. 2. cap. X. num. 27.* Ceſſat dotalitium, fine illo obtento, niſi ab initio fuerit impeditum. *Impeditur* autem *Facto licito*, ſi vidua dotem elegerit repetere, ut dictum *num. 43.* An etiam electione quartæ ex *Auth. præterea C. unde vir & ux.* Affirmat *Andlerus Jurisprud. L. 2. tit. 15. num. 13.* ubi admiſſa vidua ad quartam, quæ dotem inferre in pactis dotalibus ſimulaverat, vel quando ob calamitates bellicas ex dotalitio nullos percipit reditus, vide, quæ diximus ſupra *§. IV. & V. num. 3.* Porro impeditur *facto illicito*, deſertione malitioſa, adulterio aliisque delictis, de quibus *Henelius cap. 10.* vid. *Eyben. de Tutela Fœm. 3. 4. 5.* Sed hæc in Illuſtribus rariſſima ſunt exempla, quæ ideo præterimus. Sed & reliquos caſus, abuſus puta, deteriorationis alienationis doloſæ, præſcriptionis ab Henelio *dicto loco* recenſitos in Illuſtribus Familiis vix auditos, ex *Tit. ff. de uſufructu amittendo* repetere ſupervacuum
57 arbitror. An *proſcriptione* mariti Illuſtris impediatur dotalitium quæſtio eſt minus otioſa? Exiſtimo uxorem innocentem, ſi dotalitio frui malit exule marito, quam ejus fortunam ſequi, eſſe audiendam. Civili enim morte in eum ſtatum res mariti deducuntur, ut alium nanciſcatur ſucceſſorem territorium. Ergo debebitur dotalitium viduæ ceu territorii onus, vide *Mylerum Gamol. cap. 14. §. 11.* conf. *Gail. 2. de pac. publ. cap. 16. & 2. obſerv. 86. Coler. de Aliment. L. 1. cap. X. num. 35. ſeq.* *Finitur* dotali-
58 tium morte viduæ neque ad hæredes transit, *L. 4. C. de uſufructu §. 3. Inſt. eod.* Ex-

tinguitur

tinguitur etiam ſecundis nuptiis inter Illuſtres, ne novus maritus admittendus eſſet in alterius territorium, *Henel. cap. 10. §. 17. Coccej. cap. 28. Jurisprud. num. 28.* quod etiam in nobilium familiis pactis caveri eſt conſuetum. Hoc enim niſi fiat, non extingui dotalitium tradunt, vid. *Coccejus num. 28.* & ad ſecundum maritum jure uſufructuario in paraphernis, ubi hoc receptum, deferri, *Bergerus 1. Reſp. 46.* ubi etiam de ceſſione a vidua facta hæredibus defuncti mariti. *Formulæ* dotalium pactorum Appendici adjectæ modum explicabunt, quomodo inter Illuſtres eo de caſu conventiones fieri ſoleant. 59

(e) Morgengaba antiquis etiam Germanis uſitata fuit teſte, *Tacito M. G. cap. 18.* ubi dotem non intelligi, ſed lucrum hoc nuptiale judicat *Eybenius ad Inſtit. disquiſit. 8. obſerv. 13. num. 13.* & *de Jure paraphern. theſ. 7.* viduæ autem Morgengabam non minus deberi, tradunt *Andler. Jurisprud. L. 2. tit. 17. num. 22. Cottej. Jurisprudent. publ. cap. 28. num. 6. Myler. cap. 16. num. 5.* qui tamen, dum ſtatuit deberi etiam Morgengabam a vidua ſponſa juveni ſponſo *cap. 16. num. 4.* neminem invenit adſentientem. Quantum Morgengabæ inter Principes eſſe ſolet plerumque 2000. Imp. inter Comites æquale vel minus pro modo facultatum forte etiam amoris erga ſponſam. Exempla ſuppeditabit Appendix. 60

(f) *Carpzov. 3. Conſt. 33. def. 20. & 6. Reſponſ. 58. ſeqq. Mylerus cap. 18. Coccejus cap. 28. num. 9.* ubi hypothecam tacitam etiam uxori tribuit, præſtari autem ab hærede mariti non ſucceſſore. Exiſtimo tamen inter Illuſtres fœminæ iſtud lucrum a marito promiſſum (non promiſſum enim non debetur, *Coccejus num. 8.*) etiam a ſucceſſore denegatum non iri, cumprimis ſi ſit filius. Neque enim ſequitur, eſt filius, ergo eſt hæres. Si æquum eſt, ut filius ſucceſſor præſtet Morgengabam, eadem erit ratio, ut præſtetur ab agnato. Quæſtiones, quas de dotalitio ſupra, ad verba definitionis: *Conſtitutus uxori* tradidimus, eandem ratione Morgengabæ habebunt deciſionem. Conventum eſt interdum, ut deficientibus liberis ex uxore reverteretur Morgengaba ad ſucceſſores mariti, quod niſi pacto expreſſum, non intelliget. Quantitas Morgengabæ, (a qua differt *ſponſalitia largitas*, inter deſponſatos benevolentiæ conciliandæ gratia uſitata, de qua vide *Mevium J. L. Lib. 1. tit. 6.* ubi ad quem nuptiis non ſecutis pertineat, confer *Richter. deciſ. 147.* & *Carpzov. 3. 19. 13.*) ab arbitrio mariti plane dependet. Obſervatum eſt mihi in Principum familiis Morgengabam 4000. Imp. ſummam raro exceſſiſſe, ordinaria eſt quantitas 2000. Imper. additur quandoque ein Fürſtlich Kleinod, inter nobiles 200. adde *Myler. cap. 12. §. 12.* 61 62 63 64 65

(g) Electio eſt quandoque viduæ quandoque ſucceſſoris, prout pacto dotali fuit conventum, vel teſtamento mariti uxori proſpectum. Optime conſultum erit viduis Illuſtribus, ſi liberum eis ſit, ubi velint commorari, neque certo loco velut carceri honeſtiori alligentur. Quæſitum memini, an non obſtringi poſſit vidua dotalitii fructus in territorio conſumere, quo magis lucrum a marito conceſſum ad ſubditos rediret? Et libertatem viduæ conſtringi putabatur fore iniquum, nulla enim ratione prohiberi poſſe viduam etiam in territorio commorantem a peregrinis neceſſaria coemere, quod nec ſubditis prohibitum regulariter. 66

§. VI.

Atque ut articulos dotalium inſtrumentorum, ſi non omnium plerorumque tamen, ſummatim exhibeam, ſunt ſequentes. Præmiſſis generalibus matrimonii legibus, agi ſolet (1) de dotis quantitate & numeratione, (2) de reſtitutione dotis ſoluto marrimonio, (3) de Morgengaba, (4) de donatione propter nuptias & dotalitio, (5) de evictione redituum dotalitii & periculi præſtatione, (6) de juribus regalibus viduæ conceſſis in dotalitio, (7) viſitatione dotalitii, (8) miniſterio viduæ a nobilibus vaſallis præſtando, (9) de juribus territorii reſervatis, (10) de inſtruendo 1

dotalitio, (11) de pretioſis vaſis argenteis & reliqua mobiliari ſupellectile, (12) de donis nuptialibus, (13) conſenſu agnatorum in pacta dotalia, (14) de conſenſu Imperatoris vel domini feudi, (15) de juramento obſequii ab officialibus & ſubditis dotalitii viduæ præſtando, (16) de conſervatione ædificiorum, (17) de prohibita alienatione ad dotalitium pertinentium, (18) de reluitione dotalitii, ſi vidua iterato nupſerit, quod vocant den Wittwen-Stuhl verrücken, (19) de renunciatione ſponſæ, (20) de futura ſucceſſione.

§. VII.

1 Non exiſtimo lectorem expectaturum, ut omnium, quæ de dotium Jure & dotalitio ex privato Jure adferri poſſent, hic recenſeam. (a) Magis ſatisfacturum me & titulo & expectationi lectorum puto, ſi primo diverſas conventionum dotalium inter Illuſtres uſitatarum conditiones enarrem, prout ſunt vel *tenues*, vel *mediocres*, vel *optimæ*: deinde exempla quædam ſubjiciam controverſiarum, additis, ubi opus erit obſervationibus: tandem & in appendice formulas varias Inſtrumentorum dotalium referam. Præſtabo id pro viribus diligenter.

2 (a) Actum enim agerem a Commentatoribus ad libros digeſtorum: ſpeciatim de dotalitio *Nicolaus Henelius* & *Sprengerus* integros tractatus compoſuere, adde *Struv. J. F. cap. XIV. Horn. cap. 21. §. 7. 10. ſeq. Coccejus in Hypom. J. F. tit. XII. num. 9. ſeqq.* & *Jurisprud. publ. cap. 28. Stryck. de ſucceſſ. ab inteſt. diſſertat. 4. cap. 2. §. 9. ſeqq.* ejusdemque diſſertationes binas *de Jure Viduarum Saxonica & Marchica.* Spicile-
3 gium aliquod faciamus deciſionum celebrium. Dos pro qua dotalitium promiſſum, ſi uxor ante maritum moriatur, non extinguitur, ſed retinet dotis qualitatem, & ad hæredes transit, *Lyncker. deciſ. 484.* & *deciſ. 1113. Myler. Gamol. cap. 14. §. 6.* ubi quærit, cui debeatur dotalis pecunia poſt mortem mariti reperta, & ſucceſſori deberi
4 non hæredibus uxoris reſpondet. *Retentionis Jure* utitur vidua etiam Illuſtris in territorio, donec ei ſatisfiat, *Andler. Jurispr. L. 2. tit. 17. Meichsner. 3. deciſ. 13. & 16. Lyncker. deciſ. 904.* vide *deciſ. 382.* ubi de viduæ hæredibus, quæ retentio tamen non
5 impedit adminiſtrationem ſucceſſoris, idem *deciſ. 487.* De *Penſionibus* dotalitii viduæ hæredibus ſolvendis, vide eundem *deciſ. 884.* de exceſſu dotalitii & petenda moderatione *Carpzov. 2. conſt. 4. def. 5. & 5. Reſp. 79. 6. Reſp. 5. Lyncker. deciſ. 1376.* & *Reſponſo 172. num. 7.* ubi de filio, quod voluntate patris obſtringi poſſit, ut uſumfructum
6 paraphernalium uxori viduæ reddat, cui pater renunciare poſſit libere. Dotem debet etiam, qui expectativæ jure ſuccedit in feudo, *deciſ. 504.* de augmento doris auctis parentum facultatibus, & legitima notabilis, eſt ejusdem *Lyckeri deciſio 1230.* de exce-
7 ptione feudi obærati *deciſ. 1394. & 1412.* Non amittere filiam dotem ex feudo, etiamſi ſit ſtuprata ap. eundem *deciſ. 504.* traditur. Facit huc textus *Jur. Prov. Sax. Lib. 1. art. 5.* Ein Weib mag mit Unkeuſchheit ihres Leibes ihre weibliche Ehre kräncken, ihr Recht verleurt ſie darum nicht, noch ihr Erbe. Multo minus amittet fœmina nobilis alimenta relicta teſtamento, quæ ignobili etiam ruſtico nupſerit, aliud de uxore dicendum, quæ luxurioſe vivens amittit matrimonii beneficia *Myler. Gamol. cap. 14. §. 10. Stryck. de Jure Vidua Saxon. cap. 5. num. 19.*

§. VIII.

1 *Tenues* dico pactorum dotalium conditiones non a quantitate dotis vel dotalitii, ſed pro ratione conventionum additarum, ut adeo tenues mihi dicantur, ubi ad ordinariam Juris privati regulam pleraque exigun-

tur,

tur, omnia etiam ad commodum mariti & ſucceſſorum magis quam uxoris ejusque hæredum ſunt directa.

Ut ſcil. 1. Viduæ uſusfructus alicujus præfecturæ ad quantitatem u- 2
ſurarum dotis quadruplicium comprehenſa ſcil. donatione p. n. cum habitatione neceſſaria conſtituatur. Reditus, qui tempore mortis mariti nondum exigi poſſunt, ex fiſco ſucceſſoris ſuppleantur, ita ut ab eo die uxor integra redituum dotalitii ſumma fruatur.

2. Morgengaba in reditibus præſtetur, quibus uxor non niſi in vi- 3
duatu fruatur, relicta quidem ei diſpoſitione libera, ſed tantum inter liberos, quibus deficientibus revertatur ſumma capitalis ad ſucceſſores territorii.

3. Æſtimatio redituum ex præfectura dotalitio deſtinata fiat medio- 4
cri pretio, non quanti plurimi vendi poſſint, nec quanti minimi. Exempla Appendici adjuncta hunc articulum illuſtrabunt.

4. Proventus, qui cauſam perpetuam non habent & fortuiti ſunt, 5
unbeſtändige Gefälle, v. gr. quæ ex mulctis, ex Jure detractionis, teloniis & ſimilibus, proveniunt, æſtimentur ex rationibus novem vel duodecim annorum proximorum, & ſumma dividatur per numerum annorum. e. gr. ſint reditus telonii novem annorum 6000. Facta diviſione per 9. quotiens 666⅔. erit ſumma, ad quam fit computatio redituum unius anni.

5. Quod ſi bellica invaſione vel alio fortuito caſu dotalitium reddatur 6
inutile, reſtituatur ex aliis proventibus, habita tamen ratione circumſtantiarum, ne ſucceſſor nimis gravetur, vide *Lyncker um Reſponſo 172.* Cætera pericula, quæ damnum continuum non adferunt, vidua ferat.

6. Cæterum ſi ex præfectura dotalitio deſtinata tanti proventus non 7
redeant, quanti ad ſummam uſurarum quadruplicium ſufficiunt, ſuppleantur alia ratione. Econtra ſi ſuperent proventus ſummam uſurarum, relinquitur ſucceſſori exceſſus.

7. Jurisdictio omnis & regalia, quæ majora vocant, relinquantur 8
ſucceſſori, ex cautela *Betſii de pact. famil. Illuſtr. cap. 6. §. 28. 29. Myleri Gamol. cap. XI. §. 10. ſeqq.* Præfectus tamen jubeatur promittere viduæ omnem operam atque officia ad percipiendos ex dotalitio fructus.

8. Inſtruatur locus, ubi habitat vidua der Wittwen-Sitz, penu, ſupel- 9
lectile neceſſaria cum lege inventarii & reſtitutionis.

9. Vidua reparationes ædificiorum modicas faciat.

10. Lignorum quantum opus eſt advehatur ſine impenſis viduæ.

11. Additur interdum aliquid ſerarum vel pecorum ad juvandam culinam.

12. Ne careat vidua miniſterio digno, jubentur quidam ex nobilitate proxime habitantes Viduæ Illuſtri miniſtrare, quoties advocentur.

13. Vidua ad ſecunda transiens vota, relinquit dotalitium & recipit dotem numeratam.

14. Defun-

14. Defuncta in viduatu, wann ſie den Wittwen-Stuhl nicht verrucft, dos per dotalitium cenſetur abſumta, ita ut hæredibus viduæ repetitio non detur dotis, multo minus propter nuptias donationis.

15. Marito conceſſus ſit uſusfructus omnium paraphernalium non viva ſolum uxore, ſed etiam defuncta ad dies vitæ mariti.

16. Uxori maritus provideat de veſtitu condigno, miniſterio etiam nobili utriusque ſexus.

§. IX.

1 *Mediocres* dico conditiones, quibus a regula Juris communis nonnullis in articulis receditur, ita ut melius uxori, minus vero marito vel ſucceſſoribus proſpiciatur. Scilicet in conditionibus jam relatis. Num. 1. & 2. Reditus anni dimidii, quandoque totius, prænumerabuntur uxori, quæ etiam uſuris Morgengabæ a die nuptiarum fruetur. In cæteris, & quæ num. 3. 4. 5. dicta ſunt, nihil mutabitur.

6. Fructus ſuperantes ſummam uſurarum, viduæ relinquentur.

7. Jurisdictio etiam conceditur viduæ, ſed tamen ita limitata, ut electio Præfecti & reliquorum officialium ei non ſit libera. Jus appellationis, univerſaque territorii Jura eorumque exercitium liberrimum ſucceſſori reſervetur.

10. 11. 12. Semper ita conventum eſſe obſervamus, niſi quod interdum uſus ſylvæ adjacentis concedatur.

2 13 Non ſolum dotem numeratam, ſed etiam propter nuptias donationem recipit vidua, ad alia vota transiens, neque dotalitium relinquit, ſed retinet, doneç ei ſatisfactum : donatione tamen propter nuptias, vel quantitate pecuniæ in ejus locum ſubſtituta fruetur uxor tantum ad dies vitæ, quæ deinde ad familiam mariti revertetur.

14. Dos per dotalitium non abſorbetur, ſed mortua etiam in viduatu uxore, reſtituetur ejus hæredibus uſufructu apud maritum ad dies vitæ remanente.

15. Fruetur quidem maritus paraphernalibus uxoris vivæ, ſed defuncta ea reſtituentur omnia hæredibus.

16. Numeretur uxori quotannis ſumma pecuniæ ſufficiens, Hand-Gelder, ut ipſa pro lubitu veſtitum, mundum, & ornamenta ſibi comparet.

§. X.

1 *Optime* denique conditiones ab uxoris parte erunt, quibus ipſi abunde, marito vero & ſucceſſoribus parum eſt proſpectum.

Ad num. 1. 2. 3. 4. ſolicita eſt ſponſa, ut a ſponſo præter dotalitium, cujus optio ei permittatur, ejusque reditus anni integri a die mortis mariti uxori prænumerentur ſine compenſatione, ohne Zurechnung, augmentum aliquod inſigne redituum in parata pecunia promittatur, vel integra

tegra præfectura, cujus reditus ſuperare longe uſuras dotis quadruplices conſtat, ſine ulla æſtimatione deſtinetur aſſigneturque, vel ſi æſtimatio facienda, leviſſimo fiat pretio, fortuitæ acceſſiones non æſtimentur.

Ad 5. periculum omne ſit ſucceſſoris.

Ad 6. ut §. præcedente 25.

Ad 7. Jurisdictio omnimoda & Electio officialium libera permittatur viduæ, & quod inprimis notandum, ſtatim poſt nuptias & numeratam dotem Jurejurando adſtringantur viduæ non ſolum officiales, ſed & univerſi præfecturæ illius ſubditi: vide formulam apud *Myler. Gamolog. cap. XI. §. 2.* conſtituaturque vidua in poſſeſſione dotalitii promiſſi. Quam deinde ſtatim poſt ultimum mariti ſpiritum redditum occupare non negligat? vide *Lyncker. deciſ. 382. Carpzov. 3. 33. 1.* Libertas appellandi etiam ad certam ſummam, v. g. 100. imperialium reſtringatur. Jus faciendi gratiam delictorum non graviſſimorum viduæ permittatur. Cætera territorii Jura integra erunt ſucceſſori. 2

Ad num. 8. 9. 10. 11. cavendum eſt, ne quidquam ex iſtis omnibus deſit, & largiter viduæ proſpiciatur, atque relinquatur in loco dotalitii, quicquid ex fructibus repoſitum eſt. Aller Vorrath. Sylvarum & venationum uſusfructus concedatur.

12. Nihil mutabitur.

13. Recipit vidua iterato nubens cum dote donationem propter nuptias, relicta ei de utraque diſpoſitione libera non limitata. Utitur etiam, donec ſatisfactum fuerit, Jure retentionis in dotalitio. 3

Ad 14. Dos reſtituatur hæredibus viduæ, vel ad familiam, ex qua prodiit uxor, revertatur, cum annexo Jure hypothecæ & conſtituti poſſeſſorii in dotalitio.

Ad 15. Maritus nihil Juris habeat in paraphernalibus. Formulam exhibet *Sprengerus Tract. de Dotalitio pag. 319.* Mit den übrigen aber, ſo über die vorbemeldte Summe der 20000. fl. Heyraths-Guth Ihre Liebden mitbringen werden, wie ſolches alles in ein ſonderbahres Verzeichnis gebracht, oder ſie noch künfftig Erbs-weiſe oder in andere Wege überkommen würden, was deſſen ſeyn möchte, ſoll ſie, als mit derſelben zugebrachtem eigenthumlichen Guth, der Willkühr und Gefallen nach, ohne Hinderung, Irrung oder Eintrag, derſelben Herrn und Gemahls Liebden oder jemand anders, mit freyer Verwaltung mächtig zu ſchaffen und zu handeln haben.

Ad 16. Uxori numeretur annua pecunia zu Hand- oder Spiel-Geldern, ſed ei de veſtitu etiam, ornamentisque, nec non de ſalariis cum miniſtrorum tum reliqui famulitii, provideat maritus, qui & natales dies & auſpicia annorum non ſine muneribus præterire patiatur. 4

Additur etiam quandoque ut ſucceſſor matri viduæ, ſi habitationem mutare nolit, eam concedere, & pro leviori compenſatione neceſſaria ei ſubminiſtrare teneatur.

§. XI.

1 Et ita quidem conditiones pactorum dotalium diverſo modo ſunt comparatæ. Regulam perpetuam exſtruere neque noſtrum eſt conſilium neque poteſtas. Quæ ex multis pactorum dotalium inter Illuſtres contractorum inſtrumentis obſervata fuere, ad certa genera retulimus. Eliguntur ex unoquoque genere tenuium, mediocrium, optimarumque conditionum, miſcenturque pactorum dotalium placita, prout inter contrahentes, quorum voluntas eſt libera, convenerit. Non dubito pinguiores adhuc pro Fœminis Illuſtribus excogitari poſſe leges: obſervatum etiam, gloriam rei optimæ geſtæ ſibi vindicare utrinque, qui negotio
2 iſtiusmodi fuere adhibiti. Et tamen non conſultum exiſtimo duras conditiones ſemper imponere marito aut ejus ſucceſſoribus, licet ipſe fortaſſis eas ratihabere ſit paratus, vel reverentia erga familiam ſponſi, vel amore erga ſponſam. Fit enim particeps uxor familiæ mariti, liberorum communium habet ſpem, qui ſi infeliciores ſint, ipſa certe felicem ſe dicere non poterit. Deinde non eſt inauditum, etiam inter matrem viduam multo facilius novercam, & ſucceſſores liberos, ſi alterutra pars nimium ſua quærit commoda, ſimultates exoriri, quarum ſemina pruden-
3 tes Conſiliarii evitant ſtudioſiſſime. Definiri non poteſt, quænam conditiones præ reliquis eligendæ & æquitate ſint commendabiles: Ex circumſtantiis hoc eſt æſtimandum, facultatibus & rationibus peculiaribus familiarum, quæ matrimonio mediante contrahunt amicitiam, cavendumque omni modo, ne quod vinculum amicitiæ eſſe debebat, ſcopulus fiat, in quem illiſæ, amoris fiat naufragium. Et majori cautione eſſe opus, ſi ad ſecunda vota transeat parens Illuſtris exiſtentibus ex priori conjugio ſucceſſoribus, res ipſa monet.

§. XII.

1 Solent porro addi pactis dotalibus de ſucceſſione conventiones, ex quibus duriſſimæ ſunt, quæ ad utilitatem familiæ, ex qua ſponſa eſt electa, nihil non referunt. Maritum etiam a ſucceſſione ea repellunt, quæ parentibus ordinarie competit. Puta ſi uxoris paraphernalia ad hujus liberos quidem transire permittatur, ſed his ſine prole deficientibus non ad parentem, ſed ad familiam uxoris. Tolerabilior ratio mihi videtur illa, qua materna bona liberis pleno Jure ſine ullo fideicommiſſi onere acquiruntur. Non dicam, ſi aliter placuerit, æquitati fore adverſum.
2 Ex jure enim eſt æquitas, non Jus ex æquitate. Qui æquitatem omnis Juris regulam dicunt, facile in cerebrinam æquitatem prolabuntur. Sed, ut dixi, ſunt iſta negotia non ſolum ex Jure, ſed ex conſilio metienda, quid expediat? judicandum. Regula dari non poteſt. De iis, quæ ſunt reliqua, digna obſervatu, formulis pactionum in Appendicem relatis Lectori, ut ſpero, ſatisfiet. Progrediamur itaque ad exempla controverſiarum.

§. XIII.

1 I. Pacto dotali fuit cautum, ſi vidua iterato nupſerit, repetitionem haberet dotis atque donationis propter nuptias, hanc vero relinqueret liberis communibus. Apprehendit uxor poſt mortem mariti dotalitium, cedit deinde id ſucceſſori, ſtipulata ſibi 30000. Imperiales annuos. Moritur deinde in viduatu. Liberi petunt dotem & donationem propter

nuptias

nuptias cum reliqua hæreditate materna mobiliari a ſucceſſore territorii fratre conſanguineo. Opponebatur liberis (1) conditionem huic articulo pacti dotalis eſſe adjectam, ſi vidua iterato nupſerit, ſed eam non extitiſſe, (2) Dotalitium longe ſuperaſſe uſuras quadruplices dotis, abunde igitur ſatisfactum uxori viduæ. (3) Abſumtam igitur dotem per dotalitium, quæ idcirco a liberis peti non poſſit. (4) Reſponſum a liberis, diſpoſitionem pacti de utroque caſu ita eſſe interpretandam, ut ab eo quod actum eſſet veroſimiliter, quam minime recedatur. Voluiſſe autem paciſcentes, ut vidua reciperet dotem, ſi nuberet iterum: acquireretur dos liberis, ſi in viduatu moreretur mater: Ratio prioris caſus, quia dotalitium fuiſſet expiraturum. Poſterioris, ut liberi communes fratri conſanguineo præferentur: Durum fore, ſi quod in viduatu manſerit mater, in liberorum cedere deberet damnum. Marito pacto dotali lucrum omnium illatorum fuiſſe promiſſum, ſi uxori ſupervixiſſet, mentem ergo fuiſſe paciſcentium, veroſimiliter, ut æquali Jure uxor, marito præmortuo, & dotem & donationem propter nuptias lucraretur: non eo caſu demum, quo nuptialia vota repetiſſet. Non male mea ſententia ratiocinati ſunt, qui pro liberis agebant, (6) & poterat evitari controverſia, ſi pactis dotalibus diſtinctius caſus fuiſſent expreſſi. Satisfactum deinde transactione filiabus fuiſſe accepi. 2 3

(4) Ita reſponſum a JCtis Francofurtenſibus. Non ſolum dotalitium, ſed etiam donationem propter nuptias uxori conſtituiſſe maritum Illuſtrem, quæ duo diverſæ ſint naturæ. De diverſis etiam caſibus pacto dotali fuiſſe conventum, vid. *Append. Primo*, ſi in viduatu moritura eſſet uxor, *altero*, ſi repeteret matrimoniale votum. Priorem caſum extitiſſe, dotalitium viduam agnoviſſe, atque ſurrogatam ei pecuniam percepiſſe. Cum autem duplici modo conſtituatur dotalitium, uno, ut abſorbeat dotem, quod verum propriumque dicatur dotalitium, altero ut non abſorbeat, quo poſteriore caſu improprium dotalitium conſtituatur, & reipſa donatio ſit propter nuptias; vid. *Bergerum. 2. Reſp. 112. Mev. 1. dec. 173. Brunnem. 4. deciſ. 17. Struyck. de ſucc. ab Inteſt. differt. 4. c. 2. §. 16.* In pacto dotali verum & proprium conſtitutum dotalitium eſſe præſumendum, cum actus, qui ex duplici cauſa fieri poſſit, ex utiliori factus eſſe cenſeatur. Porro dotalitium communi Germaniæ Jure in locum dotis ſurrogari, *Myler. Gamolog. c. 12. §. 8. cum alleg.* quo agnito ſemel a vidua, quæſitum eſſe Jus Succeſſoribus in dote. *Cothm. vol. 1. Reſp. 50. num. 157. ſeqq.* Neque obſtare, quod vidua regulariter Civili Jure dotem repetat, recepto enim in Germania dotalitio, regulam illam non locum habere, ſi dotalitium ſit agnitum. 4

(6) Erat enim caſus pacto implicite comprehenſus, nec locum habebat argumentum a contrario ſenſu: Vidua ad alia vota transiens recipiet dotem & donat. propt. nupt. Ergo, ſi in viduatu manet, hæredes ejus beneficio carebunt. Eſt enim diverſa utrinque ratio, vide *Klock. 4. conſil. 79. num. 139.* Verum eſt, dotalitium non uno modo conſtitui, & interdum uxorem dotalitium pro mero lucro acquirere, quod ipſum pacto placuerat. Nam viduæ de dote erat permiſſa diſpoſitio libera, & prælati liberi in ſucceſſione dotis ſucceſſori territorii. Ergo dos abſumta per dotalitium dici non poterat. Cui non officiebat, quod ſuperaſſet dotalitium uſuras dotis, nam id meritis ſingularibus uxoris in maritum erat tributum. 5

§. XIV.

II. Mauritii Saxoniæ Electoris vidua Agneſa, Philippi Haſſ. Landgr. filia, ſecundis nuptiis Joh. Friderico II. Saxoniæ Duci erat copulata. Defuncta Anno 1555. ſuperſtite marito & filia prioris matrimonii Maria. Hæreditatem petebant maritus & filia. Quærebatur, (1) quid huic, quid illi 1

deberetur ex dote? (2) An valida eſſet donatio mortis cauſa marito facta legati 20000. Imp. quod Mauritius uxori reliquerat? (3) An pretioſa
2 maritus, cum donata ſibi ab uxore eſſent, vendicare poſſet? (4) Et annon etiam Morgengabam ab utroque marito numeratam? (5) Dubitabatur etiam de Gerada: (6) cum retentionis jure uteretur Agnes ratione dotis Mauritio illatæ, annon marito liceret præfecturis illis incumbere, donec ei foret ſatisfactum. Ad (1) dubitabatur propter *L. 6. C. de ſecund. nupt.* ſed reſponſum, derogatum huic legi pactis dotalibus, quibus conventum, ut dotis 30000. Imper. incluſive 5000. Morgengabæ, uſusfru-
3 ctus eſſet mariti ſuperſtitis ad dies vitæ, proprietas filiæ Annæ. Pacta hæc auctoritate patrui & tutoris filiæ, Auguſti Electoris avique Philippi Landgravii, fuiſſe inita. Neque filiæ conditionem redditam fuiſſe duriorem cum Jure Saxon. dos marito inter mobilia pleno jure acquiratur, niſi ei per actum renunciatum. Vid. *Carpzov. 3. conſt. 23. def. 3.* Ad (2) crediderat Auguſtus Elector legatum id filiæ intuitu fuiſſe relictum. Tandem diſpoſitioni viduæ fratris id permiſerat, addita conditione, ne filiam præteriret, & ne ab ipſo Electore, ſed ejus hæredibus peteretur Hypotheca, etiam in præfectura. Et tamen valituram mortis cauſa donationem marito factam ejus hæredibus etiam fratribus exiſtimavit Johannis Friderici Cancellarius Pontanus neque Electoris reſervatione Dominium legatariæ fuiſſe limitatum. (*a*) Ad (3) Pretioſa conſiſtebant in donis nuptialibus, gemmis, & argentea ſupellectile. Donata erant mortis cauſa marito. (*b*) Dubitabatur annon ad filiam Geradæ nomine pertinent. Mobiliari
4 hæreditati accenſenda eſſe, Pontani erat ſententia. (*c*) Ad geradam etiamſi referenda ſint juxta *Carpzov. 2. conſt. 14. def. 25. & 3. 22. 4.* tamen donatio marito facta non invalida dici poterat, cum & Jure Saxonico inter vivos fieri poſſit, mediante teſtamento, *Carpzov. 2. 14. 4.* (*d*) Ad (4) Morgengabæ alias ea eſt ratio, ut ad uxorem pertineat pleno Jure. (*e*) Sed hic Morgengaba acceſſerat doti: Et maritus uſufructu erat contentus. Ergo filiæ debebatur proprietas. Ad (5) Geradæ Jus jure Provinciali quidem inter ſubditos receptum, ſed non inter Principes. Ergo ceſſiſſe marito titulo hæreditatis mobiliaris. Ex prioris mariti bonis Matrem nihil Geradæ loco accepiſſe, filiam ergo Geradam petere non poſſe. (*f*) Ad
5 (6) Hypothecam a marito eſſe adquiſitam. Rem cum onere ad ſucceſſorem Electoris Mauritii transiiſſe, iniquum fore, ut uſuris dotis contentus eſſe juberetur Joh. Fridericus. Nec obſtare, quod ſoluto matrimonio ceſſent matrimonii onera, cum pacto dotalialiter eſſet conventum. Transactione finita, fuit controverſia, data marito dos, legatum donatum, donationes reliquæ, omnesque fructus in præfecturis hypothecæ loco conſtituti.

6 (*a*) Sed cur non inter vivos donatione uſa fuit donatrix? Rationes *Pontani* fuere, quod inter conjuges donationes eſſent prohibitæ: quod maritus renunciaſſet in pacto dotali hæreditati mobiliari reliquæ propter dotem: Teſtamentum autem Agneſam, utpote non emancipatam a patre, facere non potuiſſe. Sed ad donationem mortis cauſa patris conſenſu opus non fuiſſe, quia inter adventitia bona fuerit referendum legatum, & ea quidem, in quibus patris uſusfructus non eſſet: Non opus erat, exiſtimo, ea cautela, cum per matrimonium filiarum ſolvi patriam poteſtatem Saxonum eſſet conſuetudo, adeoque de uſufructu paterno fruſtra quærebatur. Et confirmari etiam morte donationem inter vivos conjugum, Romano Jure traditur, *L. 32. π. de don. inter V. & U. Nov. 162. cap. 1. Carpzov. 2. 13. 14.* Saxonico Jure validam donat. inter vivos pronunciat *Carpzov.* ſi fiat judicialiter cum curatore *2. conſt. 13. def. 16. Richter. d. 22. n. 15. Lyncker. dec. 1365.*

(*b*) Schnei-

(b) Schneidewinus JCtus opinabatur Jure Civili non valere donationem ob deficientem 7
conſenſum patris, cujus intuitu nuptialia dona fuerint data. Sed aliter Germaniæ
fert conſuetudo inter Illuſtres, & ne quidem inter privatos nuptialia lucra parentibus
debentur, niſi ita ſit conventum, *Carpzov. 3. 22. 1.* & ad dotem referuntur. Idem *1.*
28. 27. Lyncker. dec. 411. 1496. Brunn. 5. dec. 96. Alii non valere donationem ob Cu-
ratoris defectum exiſtimabant, etiam contra Saxoniæ conſuetudinem, de qua *Part. I.*
pag. 44. n. 5.

(c) Ita judicatum fuiſſe olim a Johanne Electore, Georgio & Henrico Ducibus Saxoniæ 8
arbitris inter Philippum Haſſiæ Landgravium, tunc minorem & viduam matrem, daß
das Silber, ſo in der Frau Wittiben Gewähr gefunden worden, nicht ihr oder
zur Gerada, ſondern zur väterlichen Erbſchafft gehöre, ſed ibi tantum erat quæſtio
de ſupellectile pretioſa familiæ avita, quam viduæ non deberi laudo ſuo reſponderunt.

(d) Non valere alienationem geradæ in teſtamento, nec donationem mortis cauſa in præ- 9
judicium cognatæ, tradunt Interpretes Juris Saxonici *Coler. deciſ. 12. Carpz. 2. conſt. 14.*
def. 1. Lyncker. dec. 351. ne quidem favore piæ cauſæ *Schilt. Exerc. 2. §. 14. nota* (c)
& *Exerc. 36. §. 102. Exerc. 43. §. 13.* Et tamen valere alienationem, mediante alio
contractu, etiam in teſtamento, modo addantur verba INTER VIVOS tradit *Carpz.*
2. 14. 4. Fateor me Philoſophiæ hujus acumen non capere. Principes ſane verbo-
rum iſtiusmodi technis adſtringi non crediderim.

(e) *Hartm. Piſt. 1. quæſt. 44. Carpzov. 3. conſt. 33. def. 20. Richt. dec. 147. num. 24.*
Mevius J. L. 1. t. 31.

(f) Diſtinguenda erat gerada, quæ filiabus debetur, vel cognatis, ab ea, quam vidua no- 10
bilis Saxonum Jure accepit, vide *Carpzov. 2. conſt. 14. def. 22.* ſed Illuſtribus viduis
geradam illam Saxonicam viduarum nobilium aſſertam fuiſſe in actis repertum mihi
non eſt. Ita & pecudes, quas nobiles viduæ Morgengabæ loco lucrantur, Illuſtres fa-
ſtidiunt: Magis erat ex dignitate, ut fruerentur dotalitio, omnibus neceſſariis plene
inſtructo.

§. XV.

Clauſula fuit pacto dotali inſerta, qua maritus poteſtatem reſervati 1
ſibi pactis addendi aliquid vel detrahendi, zu vermindern und zu vermeh-
ren. Exiſtimat maritus clauſulæ hujus virtute licere ſibi augmentum ali-
quod inſigne dotalitio addere ſine periculo contradictionis agnatorum, qui
pacto dotali conſenſerant. Quæſtionem de interpretatione verborum
eſſe, facile patet, quibus mentem ſuam declararunt tum paciſcentes tum
agnati, qui ſubſcriptione ſua conſenſerunt generaliter. Fieri autem
poteſt interpretatio clauſulæ modis duobus. *Primo*, ut marito liceat do- 2
talitium augere pro lubitu in infinitum. *Altero*, ut liceat tantum augere
eos pacti articulos, quæ ad onerandos ſucceſſores non pertinent. Prius
voluiſſe paciſcentes vero eſt plane diſſimile, (a) nam ita licuiſſet etiam
marito derogare pacto cum detrimento uxoris. Idquod ex conjunctione
verborum zu vermindern und zu vermehren, ſequitur. Non magis eſt
credibile agnatos huic clauſulæ, ſi ita foret interpretanda, conſenſiſſe.
Hoc enim quid aliud eſſet, quam jactare res ſuas? Neque etiam de levi- 3
ori quodam augmento intelligi poterit clauſula, quantitas enim juris re-
gulam non mutat, neque dari poteſt ratio idonea, cur vis illius vocabuli
vermehren, augmentum aliquod inſigne non æque admittat quam exi-
guum. Ergo ſi hoc voluiſſent paciſcentes, loqui debuerant apertius.
Ergo interpretatio facienda contra viduam, quæ commodum quærit, cum
agnati de damno vitando agant. Ergo interpretatio facienda modo po-
ſteriore. Si tertium velis addere modum, ut fiat illud vermindern und

vermehren, cum consensu eorum, quorum interest, non repugnabo. Si
4 enim æquum, ut maritus faciat das Vermindern non sine consensu uxoris: esse autem hoc æquitati consentaneum ex natura pacti, quod mutuo consensu contrahitur, nec aliter dissolvitur, patet; justum etiam erit, ut faciat maritus das Vermehren, adhibito consensu agnatorum. (b)

5 (a) Evitanda autem est interpretatio extensiva, ex qua sequeretur aliquid absurdi vel iniqui. *Thomas. Jurisprud. divin. l. 2. cap. 12. num. 85. 106. 109.* Etiam in Privilegiis a Principe datis aut statutis universitatum adjectam clausulam illam potestatis zu vermindern und zu vermehren, cum habere sensum, ut non nisi justa ex ratione & utilitate Reipublicæ evidente fieri possit mutatio, tradunt *Mevius part. 5. decis. 229 230. Lyncker de Beneplacito sect. 2. cap. 1. §. 1.* Multo minus in Privatorum pactis extensio talis locum habebit.

6 (b) Allegabat vidua, teneri successores facto successoris: esse eam conditionem feudorum Imperii, quæ Allodia multa *in complexu*, ut loquitur Iterus, comprehendant (vide *Tract. nostr. de Introduct. Jur. Primogenit. p. 45. n. 25.*) ut liberior posteritatis de iis fit dispositio. Teneri successorem aris alienis fidem ab antecessore etiam privatim interpositam liberare *Struv. J. F. cap. 14. aphor. 19. num. 5. Klock. Consil. XXIX. num. 131. vol. 2.* Minus gravatum iri successores augmento dotalitii dignitatis tuendæ causa constituti, non nisi ad tempus vitæ viduæ duraturi. Sed Resp. sententiam de debitis a successore solvendis male ad ea extendi, quæ voluptatis tantum gratia contraxit possessor. Ad *Klockianum* Consilium & præjudicium Cameræ ibi allegatum reponi poterat in casu proposito: Creditores omnes fuisse hypothecarios consensu generali agnati adjutos, nullum chirographarium, qui omnes ipe sua exciderunt. Accepi hoc a viris fide dignis, quibus Actorum fuit copia a *Klockio* non animadversum. Confunditur sæpe quæstio de obligatione successoris ad æs alienum, ad contractus alienatorios, cum altera, de obligatione successoris ad ratihabenda acta antecessoris. Illa affirmari generaliter non potest, hanc facilius asserimus, cum tetse *Andlero Jurisprud. L. 1. tit. 4. num. 27.* misera futura esset Principum conditio, si omnia cum metu futuræ retractionis peragerent.

§. XVI.

1 Dotalitium erat constitutum modo plerumque usitato, quem supra mediocrem diximus. Dotis restitutio viduæ hæredibus promissa. Contenta fuit vidua tenuioribus reditibus, superfluis sumtibus & lautiori vitæ forte non adsueta. Agnati successores, quorum consensum, ut expeteret maritus, vel necessarium non putaverat, vel morte erat privatus, restitutionem dotis hæredibus viduæ negant ad regulam provocantes, quæ dotem per dotalitii usumfructum vult absorberi. Reponunt hæredes conditionem Agnatorum non esse redditam deteriorem, cum leviori re-
2 ditu contenta fuerit vidua. Et restitutionem dotis hodie consuetudinis esse communis. Ultima ratione juvari hæredes existimo, probata familiæ consuetudine. Universalem enim esse dici non potest. Prior ratio non mmorem habebit vim, si pacto secuto non fuit effectum, ut redituum quantitas promissa non peteretur. Non enim negabitur hæredibus reliduum, & utentur contra agnatos jure compensationis. Si pero pactum interceſſit de non petendo sive cum marito, sive filio, & consuetudine familiæ dos absorberetur per dotalitium, agnatis successoribus ideo quod vidua quantitati promissæ renunciallet, præjudicium fieri, ceu negotio inter alios acto, Juri quo utimur non foret consentaneum. Non ergo semper consultum, ea, quæ jure peti possunt, non exigere. Poterat vi-

dua,

dua, ſi ipſa non indigeret, alios beneficiis ſibi obſtringere. Integrum etiam erat pacto jus petendi integram quantitatem reſervare, ſi ad agnatos devoluta eſſet ſucceſſio.

§. XVII.

Pacta dotalia contracta fuere melioribus conditionibus, nihil quod in uxoris commodum cederet, a marito non fuit placitum. Acceſſit etiam conſenſus agnatorum: dos a fratribus uxoris fuit ſoluta, maritus ſolutionem ſcripto eſt confeſſus. Neque neglecta vivo marito exactio religionis obſequii non ſolum in præfecturis dotalitio deſtinatis, ſed etiam a receptoribus redituum, quibus dotalitium ultra ſummam pacto dotali comprehenſam erat auctum. A morte mariti ſucceſſor poſſeſſionem præfecturarum omnium apprehendit, officiales religione ſibi obſtringit, vidua interim vi jurisjurandi ab officialibus & ſubditis dotalitii ſecuram ſe, neque apprehenſione ulteriore eſſe opus exiſtimabat. Negabatur deinde a ſucceſſore viduæ præſtatio eorum, quæ a marito erant promiſſa, quibus & ipſe conſenſerat, ea ex ratione, quod etſi, ſolutam eſſe dotem probari poſſet, non tamen verſam fuiſſe in utilitatem familiæ mariti aut territorii, ſed donationibus uxori factis abſumtam. Replicabat vidua probare ſe verſionem in rem non teneri, neque ſuæ fuiſſe poteſtatis marito præſcribere leges, vide *Mev. 2. deciſ. 224.* quæ donata fuerint ex liberalitate amoreque facta fuiſſe. Imo confeſſione ipſa mariti probari, debita partim paterna, partim dignitatis cauſa contracta pecunia dotali fuiſſe ſoluta, adeoque verſionem in rem factam. Neque impedire, quod nummi dotis cauſa numerati ad æs illud alienum impenſi non fuerint in ſpecie, ſufficere enim, quod ex aliis reditibus fides fuerit liberata, permutationem ſpecierum tantum factam commodioris ſolutionis gratia, vide *Carpzov. 6. Reſp. 57.* Duplicabatur a parte ſucceſſoris permutationem illam pecuniarum reipſa non fuiſſe factam, ſed tantum ſpecioſe effictam, partes territorii non mediocres alienatas, pecunias inde redactas voluptuariis rebus in uxoris gratiam impenſas, ut jam æs alienum prægrande ſucceſſori incumberet, quem idcirco tam pingui dotalitio onerari foret iniquiſſimum. Quæſtiones in hac Illuſtri cauſa eo redibant: (1) An ſucceſſor audiendus eſſet, ſi non factam eſſe verſionem in feudum probare poſſet in continenti. Quo facto (2) an obligaretur pactis dotalibus fratris cæterisque augmenti promiſſionibus ſuo conſenſu roboratis, an non potius ad alimenta tantum viduæ pro dignitate præſtanda, Fürſtl. Unterhalt, nach dem Herkommen des Fürſtl. Hauſes, zu verſchaffen. (3) Uter ex ambobus pro poſſeſſore eſſet habendus præfecturarum dotalitii, ſucceſſor, qui apprehenderat, an vidua, quæ a morte mariti non apprehenderat. Reſponſum fuit: Ad poſſeſſionem dotalitii viduam provocare non poſſe, eſſe enim ſine titulo, per tradita *Mevii 4. deciſ. 356.* Titulum ex verſione in rem eſſe probandum. Probari autem per numerationem tantum præſumtione Juris, cujus ea ſit natura, ut probatione contraria poſſit elidi, *Hartm. Piſt. 1. quæſt. 4.* Neque contra agnatos, ſed tantum contra liberos præſumtionem illam admitti, *Carpz. 2. 44. 10. num. 3.* Multo magis admittendam eſſe probationem, quam agnatus offerret, verſionem factam non fuiſſe. Ergo dotalitium promiſſum non deberi. Homagium etiam viduæ vivo marito præſtitum poſſeſſionem non conferre. Multis rationibus hæc deciſio fuit confirmata, quam quia materiam illuſtrat inprimis,

mis, eſt enim inſignis cauſa, raro occurens, ex *Reſponſis Lynckerianis* excerpſimus integram in Appendice. Transactione controverſiam finitam fuiſſe, & viduæ reditus non multum inferiores iis, qui pactis mariti erant promiſſi novimus, addita tamen cautela non ex debito fieri, ſed ex benevolentia, & citra præjudicium.

§. XVIII.

1 Superinduxerat maritus Illuſtris uxori legitimæ aliam nobili genere ortam. Pactum matrimoniale etiam cum hac confecerat, quod in Appendice lectu erit non indignum. Defuncto Principe, non negligebat Cornelia exigere a ſucceſſore, quæ pacto illo ſibi eſſent promiſſa. Negabatur a ſucceſſore contractum fuiſſe matrimonium ad Morganaticam. Hoc legitimum eſſe matrimonium, illud, quo Cornelia niteretur, illegitimam conjunctionem. Pellicatum fuiſſe non matrimonium. Nullas itaque intelligi nuptias, nullam dotem, nullam propter nuptias donationem. Et ita contentam eſſe oportuit iis, quæ vivo Principe in ejus pervenerant poſſeſſionem. Caſus fuit plane notabilis exemplo Illuſtribus perſonis cavendo inſerviens. Reſponſum a *Lynckero* olim latum noſtræ adjecimus Appendici.

§. XIX.

1 Dotali inſtrumento viduæ Illuſtri ſylvarum venationumque uſus erat conceſſus, ſucceſſor deinde filius uſumfructum matri permittit non ſylvæ modo, ſed & univerſi territorii, quod dotalitio erat deſtinatum. Vidua ligna ex ſylvis cæſa non ſolum vendiderat, ſed & ædificia ſumtuoſa exſtrui curaverat. Feuda nonnulla ad Dominum reverſa vendiderat, reſervato tamen dominio directo. Collectas & tributa annua exegerat, pecuniam vero ab impenſis publicis reſiduam, & quam ex feudorum venditione redegerat, in uſus converterat privatos. Mortua vidua, controverſia oritur inter ſucceſſorem nepotem ex filio, & ex filia nepotes. Petebant hi hæreditario Jure omnia ab avia uſufructuario jure adquiſita. Succeſſor contra ſibi vendicabat pecunias redactas ex lignis, ex venditione feudorum, reſidua collectarum, omnemque tributorum exceſſum, nec
2 non ædificia in feudo exſtructa. Incidebat & alia quæſtio, an filiæ ſorori, cui frater certam reditum ſummam promiſerat, ſine reſtrictione deberentur reditus iſti, poſtquam nupſiſſet. Et tacitam ineſſe conditionem usque dum nuberet, fuit exiſtimatum. Cæterum tota hæc cauſa, ut plerumque fit, poſt diuturna ſumtuoſaque litigia, transactione fuit compoſita. (*a*) Reſponſum Batavorum JCtorum Lugdunenſium ea in cauſa datum elegans, atque ad materiam dotalitii Illuſtris faciens Appendix exhibebit.

3 (*a*) Interim ex Jure conſtat, ligna cædere ex ſylva cædua uſufructuarium non prohiberi, vide *L. 11. de uſufructu junct. L. 7. §. 12. ſoluto matrimon. L. 22. de uſu & habit.* modo fiat œconomice, ut ſolent patresfamilias boni, vide *L. 9. §. f. de uſufruct.* Et reſpiciendus hic eſt mos provinciæ, vide *Illuſtr. Krebſii Cameral. Imperial. Aſſeſſoris meritiſſimi Tractat. de Ligno & Lapide cap. 1. ſect. 6. §. 2. 5. 6.* ubi an etiam Domino ſuccidere ligna ex ſylva liceat, in qua alteri Jus eſt conſtitutum, & affirmat, ſi utrique ſufficiant, adde *Chriſt. Rodenburg. de Jure Conjugum tit. 2. cap. 4. numero 35. Myler. Gamol. cap. XI. §. 5. ſeqq.* Adeoque viduam Jure uſusfructus conceſſi pecuniam ex lignis

lignis acquiſiviſſe. Ædificiorum autem æſtimatio hæredibus non debebatur, quia erant inædificata ſolo, quod alienum eſſe ſciebat, §. 30. *Inſtit. de Rer. diviſ.* De *collectis*, 4
an in fructu ſint numeranda, ex more regionis dependet, vide *L. 18. §. 3. de Inſtructo vel Inſtrument. leg.* Eſt autem in territoriis nonnullis Germaniæ ea conſuetudo, ut, ſi ſumtus publici ſint faciendi, major quandoque ſumma exigatur a ſubditis & reſiduum privatis uſibus impendatur. Quem morem etſi improbet *Betſius de Pact. Famil. Illuſtr. cap. X. §. 68. ſeqq. edit. Schilteriana*, difficile tamen erit ejus uſum, ubi inolevit, obolere. Conſcientiæ cujusque Domini territorii erit relinquendum, quantum ſubditos onerare conſultum putet, ubi modus legibus aut pactis non eſt præſcriptus.

§. XX.

Pacto duorum Principum fratrum de Dotalitio utriusque uxoris fu- 1
turæ conventum erat, ſi contingeret mors unius vel alterius fratris absque prole maſcula, quod tunc Uxori Primogeniti Dotalitium conſtituendum eſſet ad ſummam ſex mille Imperialium, fratris vero uxori ad ſummam quinque millium. Reſervavit autem uterque ſibi determinationem quanti aliter faciendam, ſi naſcerentur filii. Natu major frater An. 1725. matrimonium contraxit, & pactis Dotalibus cautum fuit, de inferenda Dote viginti millium Imp. viciſſim Dotalitium promiſſum ad ſummam æquivalentem. Ergo ad Annuos quatuor mille Imp. juxta regulam Do- 2
talitii decem pro centum. Additur etiam augmentum Dotalitii 2000. Imp. Inſuper pro Morgengaba, (liceat uti voce germanica) exemplo non frequenti, decem mille Imp. & cum conſtituto poſſeſſorio, in certa Præfectura. Porro in his pactis Dotalibus placuit, ſi Dominus maritus ante uxorem obiret, ipſa vero ad ſecunda vota transire voluerit, ſucceſſoribus liberum eſſe deberet, an relinquere vellent uxori poſſeſſionem Dotalitii, vel præſtare ipſi Annuos 4000. Imperiales vel liberare ſe ab omni præſtatione, mediante ſolutione 40000. Imp. Defuncto marito absque liberis, & ſuccedente fratre, controverſia exorta fuit de vi & obligatione pactorum Dotalium, quibus ipſe frater conſenſum non addidiſſet: Eſſe autem ea pacto præcedenti non conformia. Vidua, ad ſecundas nuptias transi- 3
tura, litis exitum non expectans, renunciavit actioni ex pactis Dotalibus, acceptando oblatam ipſi a fratre ſummam 6000. Imp. Succeſſor acceptando renunciationem, nova utitur exceptione, quod 6000. Imp. ex pacto præcedente deberentur uxori tamquam viduæ, non vero ſi ad ſecundas transiiſſet nuptias, Dotalitium enim hoc caſu ceſſare.

Diſſentiunt JCti, qui de dotalitio agunt, an per ſecundas nuptias ex- 4
tinguatur. Affirmat *Mylerus in Gamologia p. 376. §. 89.* Negat *Carpzov. 6. Reſp. 55.* & cum eo *Stryckius de Succeſſ. ab Inteſt. Diſſ. IV. cap. 2. §. 18.* Quia matrimonium non ſit cauſa tollendi uſusfructus. Nos putamus reſpiciendum eſſe ad id, quod eſt in pactis conventum. Si dictum eſt, ceſſare debere dotalitium, im Fall der Wittib-Stuhl verrückt würde, tunc plerumque addi ſolet conditio reſtituendæ pecuniæ dotalis. Quod etiam 5
ratio æquitatis ſuadet. Si nihil eſt ea de re in pacto dictum, verior eſt ratio, non ceſſare perceptionem fructuum, in compenſationem dotis promiſſorum. Erit tamen Electio viduæ ad ſecundum matrimonium transeuntis. Et bene ſibi conſulet, ſi repetitionem dotis elegerit, quia alias multæ ipſi poterunt fieri moleſtiæ.

In Caſu ſubſtrato conventum aliquid de extinguendo dotalitio non 6
fuerat, ſed ita, uti recenſui ſupra. Proinde licet frater conſenſum pactis dotalibus non addidiſſet, teneri tamen ſe pacto proprio ad 6000. Imp.

confeſſus erat, quæ ſumma dotalitii loco eſſe deberet. Ergo eadem ratio hujus ſummæ quæ dotalitii.

§. XXI.

1 Concludam tractationem caſu Illuſtri, quo poſt illum, cujus ex Palatina hiſtoria ſupra meminimus, vix unquam extitit memorabilior. Reſervavimus eum loco noviſſimo, cum omnia ferme, quæ de Fœminarum Illuſtrium Jure hucusque diximus, hic concurrant. Neque metuendum eſt juribus familiarum, inter quas fuit controverſus, aliquid iri detractum (quod etiam privata fieri nequit commentatione) cum transactione finita ſit dudum omnis controverſia pluribus annis agitata. Complectemur autem rem articulis diſtinctis.

2 I. Princeps filius familias Bernhardus Dux Saxoniæ conſenſu parentis pacta dotalia cum ſponſa Maria de Tremouille, illuſtriſſima familia gentis Gallicæ, hujusque matre compoſuerat. Promiſerat mater ſponſæ dotem 16000. utiliter locandam. Parens ſponſi donationem æqualem propter nuptias, & 2000. Morgengabæ loco. Uxori futuræ de dote diſpoſitio libera permiſſa, ſalvo mariti uſufructu. Liberrima etiam relicta uxori diſpoſitio de paraphernalibus, quæ in 53333. pecuniæ numeratæ, & 10566. pro pretioſis & ornamentis conſiſtebant. Dotalitium conſtitutum in reditibus, quæ ſuperabant uſuras dotis & Morgengabæ quadruplices ordinarias. Nimirum pro quinque in centum dotalis pecuniæ ſex promiſerat ſponſus.

3 II. Peractis nuptiarum ſolennibus, moritur parens ſponſi Wilhelmus Dux Saxoniæ, Vinarienſis lineæ, relictis præter filium ſponſum tribus filiis majoribus natu. Pactum fratres hi quatuor fecerunt diviſorium, quo inter alia cautum, ne in familia dos major quam 16000. Imp. reciperetur, neque majores uſuræ dotis & Morgengabæ, quam ordinariæ ſcil. 5. in centum quadruplices præſtarentur. Fit igitur dote jam ſoluta novatio pactorum dotalium ad illam familiæ legem, & fraterno conſenſu roboratur. Simulque de ſucceſſione futura convenrum, ſi maritus uxorem viduam reliquiſſet, ut cum dotalitio relinquerentur uxori omnia mobilia pretioſaque non illata modo & alıunde adquiſita, ſed etiam a marito donata. Si iterato nubere viduæ placuiſſet, rediret dotalitium ad ſucceſſores mariti, quibus etiam cederet dotalis pecunia & donatio propter nuptias, ſed cum onere uſurarum, & de dote quidem dimidiarum 5. in centum de donatione propter nuptias 6. in centum, uxori renuptæ præſtandarum ad dies vitæ.

4 III. Condiderat deinde maritus teſtamentum, quo, facta ad paternum teſtamentum & pacta familiæ relatione, inſtituitur hæres filius, filiæ etiam, quæ ex pactis familiæ deberentur, relinquuntur. Matri tutela defertur, quoad educationem liberorum adjuncto fratre ſeniore contutore. Viduæ omnia mobilia & inventaria, quæ in Palatio & præfecturis tempore mortis teſtatoris invenirentur, legat & inſuper redituum aliquorum uſumfructum ad vitæ tempus. Jubet etiam, ut viduæ omnia paraphernalia bona, receptitia donataque relinquerentur, mutua pecunia marito credita reſtitueretur. Subſtituit tandem uxori in legatis mobilibus & inventariis filiam & huic fratres ſucceſſores.

VI. Mori-

IV. Moritur paulo poſt Teſtator, relicta vidua, filio filiaque impu- 5
beribus, quorum tutelam a patre delatam, patruus ſuſcipit. Paciſcitur etiam cum vidua, ut ratum eſſet pactum dotale teſtamentumque mariti, exceptis articulis, de quibus hic conventum. Scilicet obtulerat vidua ſe donaturam filio omnia, quæ in ſupellectilem aulæ vertiſſet, adeoque obtinuit a Domino Tutore augmentum reditiuum dotalitii 1400. ut adeo frueretur vidua loco 3400. annuis 4800. Imper. Altero deinde pacto de novo aucti fuere reditus viduæ ad 5500. Imp.

V. Teſtamentum etiam fecerat vidua mater, quo inſtituti hæredes 6
filius filiaque. Filio reliquerat pecuniam dotalem, laquearia, pretioſa & vaſa argentea, ſphæriſterium inſtructum, huisce rebus ad legitimam, ſi non ſufficientibus ſupplementum ex nominibus reliquis. Omnia reliqua paraphernalia & mobilia bona filiæ. Quam etiam in ſupra dictis rebus filio ſubſtituerat. Utrisque vero ſine liberis defunctis, fratrem mariti ejusque hæredes in rebus filio relictis, ad fideicommiſſum vocat, in iis, quæ filiæ adſcriptæ erant, cognatam ſuam, hac porro innupta decedente, mariti agnatos.

VI. Codicillos addit teſtamento aliquot poſt annos vidua, in quibus 7
potiſſimum de tutela filiæ fuit ſolicita, ut tutori præſenti ſubſtituerentur agnati mariti non proximiores, ſed remotiores.

VII. Defuncta itaque vidua matre, ſuperſtitibus filio filiaque impu- 8
beribus, horum tutor in patris teſtamento nominatus, conſtitutis ex Aulæ Miniſtris & Conſiliariis utrique pupillorum Curatoribus, pactum inter fratrem & ſororem componit. Quo teſtamentum maternum, nulla mentione codicillorum, approbatur, ita tamen, ut etiam æs alienum maternum, ſumtusque funeris pro rata inter fratrem & ſororem dividerentur. Frater igitur ſexta, ſoror reliquis oneratur partibus.

VIII. Excedit e vita tutor teſtamentarius locusque fit tutelæ legiti- 9
mæ, cum Tutores in maternis codicillis ſubſtituti abſtinuiſſent. Paulo poſt accipit in matrimonium tutoris defuncti filius Wilh. Erneſtus Dux Saxoniæ Vinarienſis ſobrinam ſuam, tunc adhuc ætate minorem, cum conſenſu tutoris patrui. Inſtrumenta dotalia componuntur forma conſueta. Renunciatio etiam fit a ſponſa formula ſolita, non tamen accedente jurejurando ſolenni. Utramque pactorum & renunciationis formulam exhibemus in Appendice. Dos etiam numeratur ex reditibus provinciæ. Exoritur autem mox diſſidium matrimoniale & adeo increbuit, ut tandem ad diſſolutionem vinculi fieret progreſſus, vid. Appendicem.

IX. Interim, defuncto Tutore patruo, controvertitur inter agnatos in 10
pari gradu conſtitutos de tutela ſuperſtitis ſobrini impuberis. Hoc ex Saxonum conſuetudine ſoli ſibi vindicante tutelam jure Senii: Illo ex Jure Civili contutelam poſtulante, vide quæ diximus *Parte I.* §. *26.* Qua lite compoſita, moritur Joh. Wilhelmus Princeps, de cujus tutela agebatur, & territorii Jenenſis ſucceſſio utrique agnato Vinarienſi & Jſenacenſi Sereniſſimis ducibus Saxoniæ aperitur. Hæ circumſtantiæ ad præſentem controverſiam non pertinentes quidem, ut ordine res intelligi poſſit, non erant prætereundæ.

11 X. A morte igitur fratris, ſoror ſuperſtes & a matrimonio ſoluta, a marito petit

1. Dotis reſtitutionem, cum uſuris a tempore moræ.

2. Annulum ſponſalitium, vel ejus æſtimationem cum uſuris.

A Succeſſoribus vero fratris

1. Alimenta annua 2000. Imp. a die divortii, ex pacto familiæ, quo filiabus ea ſumma pro alimentis ſit deſtinata.

2. Ex teſtamento materno ſupra *num.* 5.
dotem maternam,
vaſa argentea
laquearia,
ſphæriſterium.
Provocabat hic filia ad remedium poſſeſſorium *L. f. C. de Edict. divi Hadr. toll.* & allegabat agnitionem teſtamenti a tutore facti. *num.* 7.

3. Augmentum dotis 15000. ex pacto ſucceſſorio gentilitio, quo cautum, ut extincta familia id præſtaretur. Extendi autem debere hoc pactum etiam ad caſum interitus linearum quarumcunque ejusdem familiæ, exemplis familiæ probare ſatagit.

4. Adquiſita omnia a parente & a fratre poſt factam territorii diviſionem, ædificia omnia recens exſtructa, hortos & reliqua.

5. Omnem hæreditatem mobilarem paternam cum intereſſe more vi teſtamenti paterni ſupra *num.* 3.

6. Omnem hæreditatem Allodialem fraternam, cui ipſa non renunciaverit. Fuiſſe minorem filiam non informatam de voluntate parentum, non juraſſe, læſam fuiſſe enormiter in legitima, poſito etiam, renunciationem factam eſſe legitime, non intelligi factam favore agnatorum, ſed tantum fratris. Neque ad fideicommiſſa materna poſſe extendi.

Summa omnis in libello petita ad 605714. fl. adſcendebat.

12 II. Repoſitum huic prætenſioni fuit a marito:

1. Dotis reſtitutionem, quæ etiam per ſententiam divortii ſit adjudicata, non negari cum uſuris, ſed uxori ſeparatæ actionem non competere. Eſſe periculum diſſipationis, adeoque Jure retineri ſolutis interim uſuris pro alimentis, ne his deficientibus onere alimentorum familia graveur.

2. Uxorem cauſam divortio dediſſe, innocentem autem arrham lucrari, cui juri per ſententiam divortii non fuerit derogatum.

13 Ab Agnatis Succeſſoribus:

1. Pactum familiæ de filiabus innuptis loqui, non de maritatis. Eſſe autem actrici bona propria, dotem, paraphernalia materna, renunciaſſe eam omni prætenſioni accepta dote. Nec juvari filiam actricem, quod paraphernalia materna non amplius teneat. Culpa enim ejus hoc factum eſſe, quod redactam inde pecuniam diſſipaverit.

14 2. Ad alterum poſtulatum plura erant reſpondenda.

(a) Materna bona filio relicta ſupra *num.* 3. filiam petere non poſſe jure

jure ſubſtitutionis fideicommiſſariæ, obſtare enim filiæ pactum de non petendo, i. e. renunciationem factam hæreditati fraternæ.

(*b*) Matrem pacto obligatam fuiſſe, ut relinqueret omnem ſupellectilem filio ſupra *num. 4.* neque adeo onerare potuiſſe cum fideicommiſſo, cum & præter legitimam ab omni reliqua hæreditate materna fuerit excluſus.

(*c*) Dotem maternam per dotalitium fuiſſe abſumtum, incerceſſiſſe enim pactorum dotalium renovationem ſupra *n. 2.*

(*d*) Argentea vota pignori data fuiſſe a vidua matre & ex reditibus fiſcalibus Principis liberata, neque autem ſucceſſores ære alieno viduæ obligari. Ergo obſtare exceptionem compenſationis.

(*e*) Neque enim Jure factum fuiſſe teſtamentum maternum, cum non ſit ſolenne, nec rite facta inſinuatio judicialis, ab inteſtato itaque matri ſuccedi. Laborare teſtamentum vitio, quod probari poſſit in continenti, adeſſe contradictores legitimos, ut remedium poſſeſſorium locum habere nequeat.

(*f*) Approbatione tutoris ſucceſſores non teneri, non filium, qui ſuo Jure ex providentia majorum ſucceſſerit patri, non agnatum, qui negotio inter alios acto non obligaretur.

(*g*) Impugnaſſe etiam filiam teſtamentum maternum, ex quo propterea agere nequeat.

(*h*) Filiam expilaſſe hæreditatem fraternam, cui morienti præſens fuerit, reſtituendas eſſe ante omnia res ablatas.

3. Pactum gentilium ad interitum lineæ ſpecialis adeo propinquæ trahi non poſſe. Neque exemplum ullum adferri, quod huic caſui congrueret. Si aucta fuerit aliquando dos filiarum factum id ex libera voluntate parentis, poſt adquiſitum inſigne terrarum & facultatum augmentum.

4. Pacto familiæ, quo filia nitebatur, id minime aſſeri. Diſponi ibi de caſu, quo ſine maſcula prole linea aliqua extingueretur. Fratrem autem fuiſſe hæredem patris. Et filiam renunciaſſe paternæ fraternæque hæreditati.

5. Teſtamentum paternum *num. 3.* de eo caſu loqui, quo non tantum uxor maritum, ſed & filius patrem morte præveniſſet. Incongrue ergo ad caſum diverſum trahi, & fideicommiſſum tacitum fingi. Porro filium factum fuiſſe hæredem patris & obſtare ſorori ſemper renunciationem. Imo ſi teſtator expreſſiſſet hunc caſum, filiamque nominaſſet, eſſe tamen diſpoſitionem pactis & conſuetudini familiarum adverſam.

6. Renunciationem eſſe neceſſariam, Familiis Illuſtribus conſuetam, ſolennibus non indigere, querelam læſionis locum non habere. Factam denique renunciationem non fratris tantum, ſed & agnatorum intuitu. Fideicommiſſa materna eſſe nulla, ut dictum ad *num. 2.*

Ex hiſtoria controverſiæ hujus prolixius recenſita patet, ad quæ-16
ſtiones in ſuperiori commentatione maximam partem reſolutas omnia recidere. Adeoque brevi ἀνακεφαλαιώσει eas repetemus.

1. An filia dotata, poſt divortium alimenta jure petat? (*a*)

2. An alimenta filiæ ex feudo debeantur, ſi ipſa habeat, unde vivat pro dignitate? (*b*)

3. An alimenta debeantur ex feudo, ſi proprias facultates diſſipaverit? (c)

4. An dos reſtituenda ſit poſt divortium, ſi periculum ſit dilapidationis? (d)

5. An maritus lucretur arrham, ſi uxor divortio dedit cauſam? (e)

Cum hac tamen expreſſa conteſtatione, quod in præjudicium dignitatis, atque eminentiæ, famæque glorioſæ, unius aut alterius partis nihil; ſed nudæ, veræ tamen, ſolidæque informationis cauſa, quidquid ſequitur, dictum, ſcriptumque velimus.

Caſus itaque præſentis ſucceſſionis ita ſe habet: Sereniſſimus, atque Illuſtriſſimus Princeps ac Dominus, Dominus Wilhelmus Juliæ, Cliviæ & Montium Dux, Comes Veldentiæ, Spunhemii, Marchiæ, Ravenſpergæ, & Mœrſæ, Dominus

nus in Ravenſtein. Anno 1546. Conjugem duxit Sereniſſimam Dominam Mariam, Ferdinandi I. Romanorum, Hungariæ, & Bohemiæ Regis filiam; eodemque anno ab Invictiſſimo Imperatore Carolo V. hoc ſingulare impetravit privilegium, ut, caſu quo cum dilectiſſima conjuge ſua, Regina Maria, nullos procrearet filios maſculos, aut procreati ſine deſcendentibus maſculis decederent, tunc filiæ ex dicta conjuge ſuſceptæ, & quando illarum nulla amplius ſuperſtes foret, demortuarum filii maſculi, tum temporis viventes, in omnibus Ducatibus, provinciis, & feudis imperii a dicto Duce poſſeſſis, ſuccederent: Ita tamen, ut ſecundum aliud, ab Imp. Ferdinando I. anno 1559. impetratum unionis privilegium, dictæ provinciæ perpetuis temporibus unitæ, atque apud unum tantum univerſalem ſucceſſorem manere debeant; prout infra latius dicetur.

Ex hoc igitur matrimonio prodierunt Carolus Fridericus, maximæ ſpei Princeps, in ipſo ætatis flore ante partem, Ducem Guilielmum, Anno 1575. Romæ extinctus; Joannes Guilhelmus paternarum ditionum Succeſſor: Maria Eleonora, Anno 1572. Domino Alberto Friderico Marchioni Brandenburgico Boruſſiæ Duci: Anna, Anno 1574. Domino Philippo Ludovico Comiti Palatino Neoburgico: Magdalena, Anno 1579. Domino Joanni Comiti Palatino Bipontino: Sybilla, poſt Patris mortem Anno 1600. Domino Carolo Marchioni Burgavico nupta: Et Eliſabetha, quæ Anno 1563. Clivis infans obiit.

Dux Guilhelmus initio Anni 1592. rerum, pace, belloque præclare geſtarum, & dierum plenus, e vivis exceſſit, Atque unicum filium, dictum Dominum Joannem Guilhelmum Succeſſorem & hæredem habuit, relictis præterea quatuor filiabus prædictis? Quarum natu major Maria Eleonora Ducisſa Boruſſiæ Anno 1608. menſe Majo, ſine prole maſcula obijt; Cujus filia Anna, Sereniſſimo Principi ac Domino, Domino Joanni Sigismundo Electori Brandenburgico nupta fuit.

Dein præfatus Dominus Joannes Guilhelmus Juliæ, Cliviæ & Montium Dux &c. ſtemmatis ſui ultimus, die 25. Martii ſub ſequentis Anni 1609. (ut prædictum) ſine liberis diem quoque extremum clauſit, ſuperſtitibus Anna, Magdalena, & Sybilla ſororibus, atque ex ſorore prædefuncta Maria Eleonora, nepte Annæ.

Cum igitur ejus ſucceſſionem & hæreditatem jam dictus Dominus Joannes Sigismundus Marchio, & Elector Brandenburgicus, Dominæ Annæ, uxoris ſuæ, nomine, Quin & Elector, & aliqui Duces Saxoniæ, ac nonnulli alii remoti, atque extranei variis titulis, ac argumentis appeterent;

Sereniſſimus Wolffgangus Guilhelmus Palatino-Neoburgicus Matris Annæ, & Erneſtus Marchio Brandenburgicus fratris Electoris nomine, conſervandæ pacis, quietisque publicæ, in Imperio, & maxime in ditionibus prædictis, ſtudio, nec non ſubditorum ſalutis & incolumitatis tuendæ amore, Tremoniæ ultima Maji 1609. ita convenerunt, ut ſalvo, per omnia, tum in petitorio, tum in poſſeſſorio cujusque Jure, ditiones haſce communi nomine adminiſtraret; donec amicabiliter, vel jure aliter deſuper ſtatueretur, biß zu fernerem guetlichem, oder rechtlichem Außtrag.

Interim Rudolphus Secundus, Imperator, poſſeſſionem harum ditionum, per Sereniſſimum Archiducem Leopoldum ſequeſtrare intendit; ſed cum eas Sereniſſimi Marchio Brandenburgicus, & Palatino-Neoburgicus, in vim conventionis Tremonienſis conſentientibus, & applaudentibus ſtatibus Patriæ, poſſiderent, neque res amplius integra, aut ſequeſtro locus eſſet, ſe poſſeſſione, quam nacti erant, tutati ſunt, Jurique, contra quoſcunque prætendentes, obtulerunt.

Verum cum ex communi illo Regimine diverſæ gravesque difficultates, & diſcordiæ (quod in communione evenire ſolet) naſcerentur: tandem de gubernandis, certo modo, dictis provinciis, educendoque ex eis externo milite Anno 1629. Duſſeldorpii; & Anno 1630. Hagecomitis, annuentibus utrimque foede-

ratis Regibus, & Rebus publicis, ſalvo iterum utriusque tam poſſeſſorio, quam petitorio, ad certos annos (niſi interim cauſa amicabiliter, aut Jure terminaretur) pactum, atque transfactum eſt; Cujus tractatus vigore, aſſignatus ſibi ditiones quilibet Principum etiamnum gubernat.

Ut igitur in prædictis omnibus, tam Tremoniæ, quam Duſſeldorpii, & Hagæ Comitis, initis convenitionibus, uterque paciſcentium Jura ſua præprimis illibatæ ſibi con-& præſervare expreſſe cavit: ita etiam eadem interea temporis juxta prætactum Divi Imperat. Matthiæ decretum, citationemque Anno 1615. omnibus intereſſe prætendentibus intimatam, in judicio Imperiali Aulico, hinc inde ſucceſſive deducta fuerunt.

Ubi a parte Brandenburgica contra Serenisſimum Palatino-Neoburgicum hæc tanquam præcipua, & potisſimi ponderis, teſtantibus actis, allata reperiuntur:

Quod ſcilicet Provinciæ Belgicæ, atque etiam ditiones controverſæ ſint feuda plane communia, & hæreditaria, de quibus poſſeſſores tam inter vivos, quam mortis cauſa diſponere potuerunt:

Quod in iisdem Jus Francorum, & primogenituræ ſemper viguerit:

Quodque etiam in caſum deficientium maſculorum Mariæ Eleonoræ, Boruſſiæ Duciſſæ, cujusque hæredibus, in pactis ejus dotalibus ſucceſſio harum provinciarum promiſſa; ſororibus autem natu minoribus certa pecuniæ quantitas aſſignata fuerit; Proindeque Annæ Electrici Brandenburgicæ, tanquam Matris Mariæ Eleonoræ hæredi primogenitæ, univerſalem hanc ſucceſſionem, cum excluſione materterarum, juxta ditionum controverſarum conſuetudinem, pactaque materna deberi.

Quibus argumentis colorandis fuſe apud acta enarratum eſt,

1. Succeſſiones promiſcuas, in feudis provinciarum Belgii, & Archiepiſcopatus Colonienſis, Trevirenſisque, imo & ad Orientalem Rheini plagam, immemoriali uſu, atque conſuetudine eſſe introductas, & obſervatas.

2. In ſpecie etiam ditiones controverſas, quod attinet Cliviam, a Beatrice fœmina ſumpſiſſe Originem.

3. Eandem per Magaretham Theodorici, decimi Cliviæ Comitis filiam, in familiam Marcanam fuiſſe propogatam:

4. Comitatum Ravenſpergicum per Margaretham, filiam Ottonis, ultimi Comitis, perveniſſe ad Gerardum Juliacenſem.

5. Et demum fœlici Joannis Ducis Clivenſis, & Mariæ Juliacenſis connubio, Juliam, Montes, & Ravensſpergam in Domum Clivenſem tranſiiſſe.

6. Majores eodem Francorum Jure uſos, diverſa pacta, conſtitutiones, atque diſpoſitiones, tum inter vivos, tum mortis cauſa, condidiſſe.

7. Et ſic ſucceſſionem harum provinciarum ad Serenisſimam Domum Brandenburgicam, per pacta nuptialia Boruſſica, delatam eſſe.

Econtra veru a Parte Palatino-Neoburgicì ſuſtinetur, ditiones controverſas feuda eſſe a S. Rom. Imperio, Jure feudi recti Regalis dependentia, ſolos Maſculos, & non fœminas (niſi ſpeciali Imperatoris gratia habilitatas) admittentis. Et, quia tempore delatæ ſucceſſionis, ex filiabus Ducis Wilhelmi, Anna Palatina Neoburgica per privilegium ſucceſſionis Caroli V. (de quo ſupra, & paulo poſt plura) habilitata ſuperfuit, eam vigore hujus privilegii ad ſucceſſionem fratris Joannis Wilhelm admiſſam: ſorores vero juniores, atque ex ſorore prædefuncta neptem, privilegiorum pactorumque virtute, & feudorum natura, excluſas, & ditiones controverſas in filium primogenitum, Serenisſimum Palatinum Wolffganum Wilhelmum transmiſſas eſſe.

Quae Juſtisſima Palatino-Neoburgici intentio tam in ipſius Juris communis

nis feudalis, quam Sacri Imperii Romani regula, & præſumtione firmiſſime radicata, & fundata eſt; Feuda enim omnia, & maxime Ducatus & Principatus masculina ſunt, & cenſentur.

Cui accedit, quòd omnes etiam inveſtituræ ab omnibus retrò Imperatoribus Laudatiſſimæ memoriæ Majoribus, ſuper his ditionibus impertitæ, aut in maſculos, aut in Hæredes feudales conceptæ ſint; nulla autem in illis vel fœminarum, vel filiarum ullibi mentio fiat: ut originalium, apud acta productarum, Inveſtiturarum tenor ſonat & inter reliquas ſequentes paucæ edocent:

Etenim Wilhelmus, primus Montium Dux, inveſtitus eſt à Ruperto Imperatore de Ducatu Montium, & Comitatu Ravensbergæ Anno 1404. ſecundum ius & conſuetudinem Imperii, von uns alß einem Römiſchen König ſeinem rechten Herrn recht und redlich nach des Heyl. Römiſchen Reichs Gewonheit empfangen, und uns davon gehuldet. a nobis, *inquit*, ut Rege Romanorum, vero ſuo Domino, recte & ſincere, ſecundum S. Romani Imperii conſuetudinem recipit, & ejus nomine homagium præſtitit.

Hujus filius Adolphus, Reinoldo Juliæ & Geldriæ Duce mortuo, tanquam proximus Agnatus, ut ſanat inveſtitura, als der negſte Erb von Schilot und Mansgeſchlecht de Ducatu Juliacenſi inveſtitus eſt a Sigismundo Imperatore, Budæ Pannoniæ Anno 1425. excluſa Reinoldi ſorore; ſicque Julia, Montes & Ravensberga conjuncta ſunt.

Poſt hunc ejusdem ex fratre nepos Gerhardus, *tanquam agnatus & proximus Heres feudalis, pro ſe & Haredibus feudalibus:* Inveſtituræ verba ſunt: alß Hertzogs Adolffs Bruders Sohn und negſten Lehens Erben. Item ihme und ſeinen Lehens Erben: a Sigismundo Imperatore Pragæ 1437. inveſtitus eſt.

Ita Fridericus III. Imperator Ducem Wilhelmum, hujus Gerhardi filium, Anno 1486. inveſtivit Aquisgrani, *pro ſe & Haredibus feudalibus pro recto regali feudo.* Ihme und ſeinen Lehens Erben zu rechtem Fürſtlichen Lehen zuhaben.

Eodem modo Wilhelmus Juliæ, Cliviæ, ac Montium Dux, Marchiæ & Ravensbergæ Comes, de Ducatibus & Comitatibus ſuis ab Invictiſſimo Imperatore Carolo V. inveſtitus eſt Anno 1543. *pro ſe & heredibus feudalibus in rectum regale feudum.* Ihme und ſeinen Lehens Erben zu rechten Fürſtlichen Lehen zuhaben.

Quo eodem tenore ſubſequentes Imperatores Ferdinandus I. Maximilianus II. Rudolphus II. eundem Ducem Wilhelmum Anno 1559. 1566. 1580. de Juliæ, Cliviæ & Montium Ducatibus Marchiæ & Ravensbergæ Comitatibus inveſtierunt.

Quod Laudatiſſimæ memoriæ Principes probe ſcientes, quoties defectus maſculorum metuendus fuit, filiarum ſuarum habilitationem ad feuda Imperii anxie & ſollicite, mediante gratia & privilegio Cæſareo, ſollicitarunt, & impetrarunt.

Ita Cum Joannes Clivenſis, & Maria Juliacenſis Anno 1596. deſponſarentur, aperte & enixe Cautum eſt, ut habilitatio Mariæ a Cæſare impetraretur; prout factum eſt, ejusque habilitationis vigore, Maria in feudis paternis ſucceſſit, eaque in Maritum Ducem Joannem Clivenſem & Filium Wilhelmum juniorem tranſtulit.

Fruſtra vero Principes contrahentes tanto ſtudio privilegium hoc impetraſſent ſi Feuda ipſa ſui natura communia & promiſcua fuiſſent: Imo ſibi ipſis obſtitiſſe it, cum habilitatio ad Mariæ filios maſculos reſtricta fuerit: Qua tamen conditione Wilhelmus ſenior; Juliæ & Montium Dux dictum privilegium habens ſuſcepit, atque in Archivis diligenter conſervari curavit, quin Privilegium hoc antiquo charactere (ut in tranſumptione patuit) inſcriptum eſt: *Privilegium ſucceſſionis Mariæ atque ex ea genitorum liberorum maſculorum &c.* Simili modo cum

Joannes & Maria prædicti Juliæ, Cliviæ & Montium Duces, Primogenitam filiam Sybillam, Joanni Friderico Saxoni Anno 1526. elocarent, ipſique in defectum maſculorum, certo ibidem expreſſo modo, ſucceſſionem reſervarent: anxie cautum & proviſum eſt, conſenſum & confirmationem Cæſaream deſuper impetrandam.

Ita Guilielmus Junior, Juliæ, Cliviæ, & Montium Dux, Maternæ Succeſſionis Memor, & præteritos caſus mature conſiderans, habilitationem filiarum ſuarum in defectum maſculorum a Carolo Quinto Anno 1546. uti ſupra dictum, impetravit.

Quæ omnia clariſſime evincunt, eas ſolas fœminas ad hæc feuda admitti, quæ gratiam deſuper a domino feudi & Rom: Imperatore impetrarunt: Neque ullam aliam fœminam, ſine ſpeciali Privilegio, ad hæc feuda unquam admiſſam fuiſſe.

Adeoque palam eſt & explurimis, aliquot ab hinc ſæculorum, inveſtituris notorium, ditiones controverſas, tam Ducum Vaſallorum recipientium, quam Imperatorum concedentium opinione, mente, & intentione eſſe feuda regalia, recta, & juris ipſius interpretatione, atque Imperii uſu maſcula, ac a fœminis aliena: ſicque pro Sereniſſima Domo Palatino-Neoburgica ſtare juris præſumptionem & regulam; Exceptionem autem, quam Sereniſſima Domus Brandeburgica allegat, ab eadem legitime eſſe probandam:

Pro ea autem adducta a Brandenburgicis Argumenta neutiquam ſufficiunt: nam quæ de promiſcua feudorum ſucceſſione in vicinis Provinciis Belgicis, in Archiepiſcopatibus Colonienſi, & Trevirenſi, atque ad orientalem Rheni plagam adferuntur, ac ſi in eis fœminea ſucceſſio, ſine ſcrupulo, ſine difficultate obtineret, ea ſicut Studioſe, & ad longum per ipſos apud acta deducta, ita a parte Neoburgica breviter & ſolide, ad præſentem caſum applicando, refutata ſunt; Quæ huc referre nimis longum foret: Sufficiat ex eis, tanquam ſeparatis, nihil valide concludi: Neque conjecturis, & vicinorum exemplis opus eſſe, ubi ipſa regula & juris præſumtio militat & in ea intentione fundata, ubi inveſtiturarum verba clara ſunt, & fœminarum habilitatio, tam anxie ſemper & ſolicite procurata.

Et quod in ſpecie præcedentes, tam Imperatores, quam poſſeſſores, dicta feuda harum quoque Belgii partium pro puris maſculis conceſſerint, receperintque, clariſſime demonſtrat Inveſtitura Caroli Quarti ſuper dominio de Genep, nunc Cliviæ incorporato Anno 1356. conceſſa, apud acta ibidem producta: ubi ad Electoris Colonienſis inſtantiam, ex certa ſcientia, & imperialis poteſtatis plenitudine, hæc gratia ſpecialis confertur vaſallo, ut feudum illud (ita verba ſonant: *quod alias ſolito feudorum jure & uſu, de filiis ad filios tranſiret*, in caſu nihilominus quod hæres maſculus non ſuperſit, ad Romanos Imperatores, ſeu Imperium, non devolvatur; ſed legitima feudi præfati ſucceſſio etiam in filiabus, ſeu femellis proximioribus locum ſibi vendicet: Unde quod & quale feudorum Imperii etiam in his partibus Jus, & uſus ſit (ut ſcil. maſculis deficientibus ad Romanos Imperatores ſeu Imperium devolvantur) apertiſſime colligitur.

Et re bene perſpecta atque perpenſa, allata a Brandenburgicis, Succeſſionis fœmineæ, exempla, pro adſtruenda eorum intentione, non ſolum ſolidi nihil concludunt; Quin potius, propter impetratas ſollicite habilitationes, contrarium, & rectam feudi naturam valide arguunt.

De Beatrice illa, ejusque Conjuge Elia, quæ ſparguntur, commentis atque ignorantiæ tenebris adeo involuta ſunt, ut diſcerni difficulter ab hiſtoria poſſit fabula; Eis tamen, & quidem in quantum ad feudi promiſcui naturam declinare videbantur, apud acta ſatisfactum eſt, & reſponſum.

Illud autem palam eſt, atque in confeſſo, utriusque antiquorum Cliviæ Comitum ſtemma in filiis Theodori Noni, Ottone, Theodorico & Joanne (qui ſucceſſive rexerunt) defeciſſe.

Jam

Jam quamvis Joanni, ultimo illius ſtemmatis Clivenſium Comiti, ſucceſſerit Adolphus Marcanus, cujus Mater fuerat Margaretha, Theodorici decimi filia; Id tamen non jure fœmineo, ut volunt Brandenburgici; ſed gratia & conceſſione Cæſarea accidit.

Nam etſi, Joanne extincto, deſcendentes ex filiabus Ottonis & Theodorici Parvviſiii, & Arculei Domini, Marchiæque Comites, Cliviam ſuo quisque Jure, tituloque appeterent; illa tamen non deſcendentibus Ottonis, etſi Senioris: non Margarethæ, Theodorici filiæ, Seniori filio, Engelberto Marchiæ Comiti; ſed fratri ejus Adolpho, Margarethæ Secundo genito, tunc Archiepiſcopo Colonienſi, Caroli IV. Imperatoris ſingulari beneficio, ceſſit: quem tamen reliqui, utpote ſeniores, (ſi fœmineo ipſis jure quidquam competiiſſet) ſine dubio excluſiſſent: Is depoſito ſtatu Eccleſiaſtico, Margaretham Montenſem duxit, & Joannem Wilhelmum, de cujus ſucceſſione quæritur, recta linea maſculina deſcendentem, reliquit.

Gerhardus Juliacenſis ab obitu Ottonis, ultimi Ravensbergæ Comitis, nequaquam jure fœmineo, ſed gratia atque inveſtitura, Cæſarea Comitatum obtinuit: ut obtenta ab eo a Friderico Imperatore inveſtitura Anno 1346. Francofurti data cantat, Quod ſcilicet Gerhardus humiliter ſupplicarit, ſe de Comitatu in Ravensberg, ab ipſo Cæſare, & Sacro Romano Imperio in feudum recognito, gratioſius inveſtiri, & infeudari &c. prout inveſtitus & infeudatus eſt de plenitudine Imperatoriæ poteſtatis; Quæ omnia nihil Juris fœminei, quin gratiam Cæſaream, feudumque rectum Imperii ſonant.

Jam qua ratione per fortunatas Mariæ Juliacenſis nuptias, Julia, Montes, atque Ravensberga, Domum Clivicam acceſſerint, ſupra tactum eſt: Id ſcilicet mediante gratia, & privilegio Cæſareo, ab ejus Parentibus anxie & ſollicite petito & impetrato contigiſſe.

Quæ de Principum & Majorum ſuper his feudis factis diſpoſitionibus a Brandenburgicis late adferuntur; Eis quoque apud acta plene eſt ſatisfactum: Quæ omnia huc referre tædioſum foret. Imo quotis & quatenus in præjudicium Domini, & feudi tetenderunt, defectu conſenſus Cæſarei, effectum nunquam habuerunt: Ut de teſtamento Reinoldi, Juliæ & Geldriæ Ducis ſororem inſtituentis: tractatu Gerardi, Juliæ & Montium Ducis, ſuper Ducatibus illis cum Archiepiſcopo Colonienſi paciſcentis, aliisque, apud acta, latius eſt deductum.

Quæ omnia tum feudorum ipſorum naturam, tum fœminarum incapacitatem ſatis evincunt.

Sic ut indubium maneat ditiones controverſas, tanquam feuda regalia, non ſolum ex juris & Imperii præſumptione, & generali regula; ſed plano etiam, & clarp inveſtiturarum tenore, ipſorumque Principum prædeceſſorum ſenſu, & opinione, (qui deficientibus filiis, filiarum habilitationem, magna ſollicitudine atque providentia procurarunt) eſſe feuda recta, & maſcula, fœminarum Succeſſionem, Poſſeſſorumque diſpoſitiones, ſine ſpeciali, atque expreſſo Domini conſenſu, reſpuentia.

Quæ ſane, ut veritati, atque indubiæ inſtrumentorum & Actorum fidei conformia, Sereniſſimæ Domus Palatino-Neoburgicæ intentionem confirmant: Ita ſatis evincunt, ſi quod Sereniſſima Domus Brandenburgica jus prætendat, id non ex ipſorum natura (ut quæ fœminas non agnoſcat) ſed ex privilegio, gratiaque Domini probare debere & deducere.

Antequam vero in hanc cum ea diſputationem deſcendamus, advertendum eſt, Principem Wilhelmum, Juliæ, Cliviæ & Montium Ducem, bina impetraſſe privilegia: Unum a Carolo V. habitationis filiarum, quod in actis Carolinum: Alterum a Ferdinando Primo, perpetuæ unionis Provinciarum quod Ferdinandinum appellatur.

Conſiderans enim Sapientiſſimus Princeps maternæ ſucceſſionis caſum, atque impertitam ad eam, gratiam & habilitationem Cæſaream, ſimilem pro filiabus ſuis gratiam ab Imperatore, feudi Domino, Petere conſtituit: prout etiam impetravit, ipſique Anno 1546. ab Invictiſſimo Imperatore Carolo quinto privilegium, cum ampliſſimis clauſulis, atque adjecta centum marcarum auri puri pœna, datum eſt; in quo Carolus Imperator ita loquitur: "Alſo wan es ſich fügen würde, "daß Hertzog Wilhelm mit Seiner Lieb Gemahl, Unſer Mumen, keine Eheliche Männ- "liche Leibs-Erben überkehme, oder gleichwol Eheliche Männliche Leibs-Erben mit Ih- "ro erwürbe, die aber nachgehends über kurtz, oder lang, ohne Eheliche Männliche "Leibs-Erben, abgiengen: daß alsdann, ſo kein Eheliche Männliche Leibs-Erb, von ſein "Hertzogs Wilhelms Leibs erbohren mehr vor handen iſt, obangerechte Seiner Lieb "Fürſtenthumb, Landt, und Leuth, die von uns, als Römiſchen Käyſer, und dem Heili- NB. "gen Reich zu Lehen rühren, auf ſein Hertzogs Wilhelm Eheliche Töchtere, mit gedach- NB. "ter Seiner Gemahl, Königin Maria, Unſer lieben Mummen Ehelich erworben: oder NB. "wo derſelben keine, dazumahl im leben wehre, und aber von einer, oder mehr Ehelich "geborne Leibs-Erben vorhanden wehren, alßdann auf dieſelbe Seiner Lieb Töchteren "nachgelaßene Eheliche Männliche Leibs-Erben, ſo derſelben zeit im leben ſeint, fallen, kom- NB. "men, und ihnen folgen, und zuſtehen ſollen: und in ſolchem Fall ihnen und ihren Ehe- "lichen Männlichen Leibs-Erben, wan Sie deren einige hinder ihnen verlieſſen, von uns, NB. "oder Unſeren Nachkommen am Reich zu Lehen gnädiglich verliehen werden ſollen. Hoc "eſt, ſi accidat, quod Dux Wilhelmus cum Conjuge ſua, cognata noſtra, nul- "los legitimos liberos maſculos ſuſcipiat, aut ſuſcepti, ſive brevi, ſive longo poſt "tempore, ſine legitimis liberis maſculis decedant: quod tunc, quando legitimus "hæres maſculus, ex ipſius Ducis Wilhelmi corpore natus, non ſupererit, ipſius "Ducatus, Ditiones, & ſubditi, qui a nobis, tanquam Romanorum Imperatore, "& a Sacro Romano Imperio jure feudi dependent, ad ipſius Ducis Wilhelmi le- NB. "gitimas filias, cum Conjuge ejus, Regina Maria, Cognata noſtra dilecta legetime NB. "ſuſceptas: aut ſi illarum, tunc temporis, nulla in vivis exiſtat, ex una autem, vel NB. "pluribus legitime nati liberi extent: tunc ad filiarum relictos legitimos maſculos "liberos qui tum temporis in vivis erunt, deferri, pervenire, ipſosque ſequi, & ad NB. "ipſos pertinere: Et in illo caſu ipſis, & ipſorum legitimis maſculis liberis, ſi quos NB. "poſt relinquant, a Nobis, vel noſtris ſucceſſoribus in imperio, in feudum clemen- "ter concedi debeant.

Idem Sereniſſimus Dux Wilhelmus ſerio perpendens, quanto ſtudio, Majorumque providentia, Ditiones a ſe poſſeſſæ in unum corpus collectæ, atque congregatæ eſſent: atque ut cædem pro poſterorum ſuorum gloria, & Ditionum ipſarum, ſubditorumque ſalute, & commodis promovendis, inſeparabiliter conjunctæ permanerent, ab Imperatore Ferdinando Primo, eo fine, privilegium impetravit, ſequentis tenoris: Wir meinen, ſetzen, und wollen, daß obbeſtimbte Seiner Liebden Fürſtenthumb, und Lande, Gülich, Cleve und Berg, Marck und Ravenßberg, ſo lang die ſucceſſion Seiner Liebden Erben von Ihrer poſteritet in obſteigender linien wehren, und vorhanden ſeyn wirdt, zuſahmen uniirt, und gentzlich beyeinander ungeſundert, und unzertrendt bleiben ſollen, und mögen von allermenniglich ungehindert. Id eſt, intendimus, diſponimus, & volumus, ut ſupradicti Ducis Wilhelmi Ducatus, & Ditiones, Julia, Clivia, Montes, Marchia, & Ravensberga quamdiu ſucceſſio ipſius hæredum eorumque poſteritatis, in deſcendendi linea durabit, & extabit, conjunctim unitæ, & omnino conjunctæ, inſeparatæ & indiviſæ manere debeant, & valeant, ſine cujusquam impedimento &c. Cui privilegio ſimiliter ampliſſimæ clauſulæ, atque indignitatis Cæſareæ, & quadraginta marcarum auri puri poena in contradictores adjecta eſt, ipſumque a ſequentibus Imperatoribus, Maximiliano II. & Rudolpho II. ſolemniter extitit confirmatum.

Quod

Quod utrumque privilegium, à Duce Wilhelmo, Sapientiſſimo principe, impetratum, atque a Divis Imperatoribus non ſemel, ſimul & eodem die confirmatum, ita conjungendum eſt, ut privilegium *ſucceſſionis* habilitatem, & aptitudinem; privilegium vero *unionis* ordinem, modumque ſuccedendi demonſtret.

Quia vero delatæ ſucceſſiones, & deficientis Ducis Wilhelmi ſtemmatis maſculi tempore, Anna Palatina Senior, natuque major, & Carolino privilegio habilitata ſuperfuit: Hinc etiam ſola & unica, vigore privilegii unionis, atque agnitæ utrimque eiusdem diſpoſitionis, ad univerſalem fratris Succeſſionem, jure merito fuit admittenda; prout inſpecto, vero, & plano, tum omnium privilegiorum, tum etiam præfatorum pactorum antenuptialium ſenſu, clarum eſt, fietque clarius, ſi ut ſupra, inqualitatis feudalis: ita & in hoc privilegiorum puncto, præcipua argumenta contraria ob oculos poſita breviter, & ſolide reſolvantur.

Inprimis igitur Brandenburgici, ut privilegiis Cæſareis adjuvari videantur, ex Ferdinandino, (quod, ut prædictum, ad habilitatem ſuccedendi nihil, ſed ad modum ordinemque tantum facit) ita arguunt: Ferdinandus Imperator ex certa ſcientia, de poteſtatis plenitudine, atque ſub graviſſimis pœnis ſtatuit, ut quamdiu Ducis Wilhelmi hæredes, ipſorumque poſteritas, in deſcendenti linea durat, Ditiones Juliacenſes, & Clivenſes, pactis Clivicis Anno 1496. unitæ inſeparabiliter conjunctæ permaneant; Lineæ autem, poſteritatis. & hæredum appellatione, non maſculi ſolum, ſed & fœminæ veniunt.

Deinde, quia Unio hæc partim a fæmina, Maria ſcilicet Juliacenſi, initium habuit: Ergo eo facilius ſucceſſionem hanc fœmineam nunc admittit.

Tertio quod impetrans, Dux Wilhelmus tempore impetrati privilegii unionis, anno ſcilicet 1559. unicum tantum filium Carolum Fridericum habuerit: cujus reſpectu hoc privilegio non fuerit opus.

Demum quod Ferdinandus, Imperator concedens æque neptes, ac nepotes ex filia ſua Maria, Guilhelmi Ducis Conjuge, dilexerit.

Ut autem liqueat, quam parum ad jus Succeſſionis Ferdinandinum conferat, notandum eſt, Ducem Guilhelmum unionis quidem privilegium tum primitus ab Imperatore Ferdinando Primo impetraſſe: Habilitationis autem trediçim integros annos ante ab ejusdem fratre, & Anteceſſore glorioſæ memoriæ, Carolo Quinto, Anno 1546. eidem Duci datum: atque illud ipſum ab Imperatore Ferdinando, eodem die, quo dictum unionis privilegium impertitum eſt, ſimul etiam confirmatum eſſe: Ideoque utrumque ita capiendum, ut ſimul ambo ſtare poſſint; ne Dux Guilhelmus contraria, & repugnantia privilegia ſimul petiiſſe, & tanti Imperatores conceſſiſſe videantur: prout ipſa tum Ducis impetrantis, tum Imperatorum concedentium verba ſatis demonſtrant.

In Carolino nihil de unione: in Ferdinandino nihil de ſucceſſione ſtatutum: Nam etſi Carolinum, in defectum maſculorum, omnes Ducis Wilhelmi filias, eveniente conditione, ſuperſtites habilitet; id tamen non indefinite, ſed ſecundum primogenituræ, atque unionis ordinem capiendum: ut Brandenburgici in actis, contra juniores filias Bipontinam, & Burgovicam judicialiter, acriter, & recte propugnant.

Econtra Ferdinandinum, etſi de hæredibus, poſterisque loquatur: non tamen de omnibus ſimul, & conjunctim; ſed de illis tantum, qui, vigore Carolini, ſucceſſionis capaces ſunt, capiendum; ut ſua cuique privilegio vis, & poteſtas conſtet. Et Carolinum quidem jus, & habilitatem ſuccedendi: Ferdinandinum autem modum, ordinemque demonſtret; ut ſcilicet unus tantum, atque ille, qui ex Carolino capax eſt, admittatur.

Cum enim Carolinum tredecim fere annis Ferdinandino antiquius; eodem tamen, quo hoc, die ab Imperatore Ferdinando I. datum, ſub priore verborum tenore etiam confirmatum, & ſolæ filiæ ſuperſtites, earumque maſculi habilitati ſint. Certe Ferdinandus Imperator, ſi illud ad quoscunque hæredes, atque promiſcuam Succeſſionem voluiſſet extendere, neceſſario id exprimere, atque Carolinum jam ante datum, ac ad ſolas filias ſuperſtites, iisque deficientibus, ad illarum filios duntaxat maſculos reſtrictum, corrigere & diſertis verbis ampliare, idque nominatim declarare debuiſſet: quod, quia intermiſſum eſt, ſua cuique privilegio ut vis conſtet oportet.

Eo poſito, eluceſcit, quam fragile argumentum ſit, quod Brandenburgici ex Ferdinando pro aſſerenda ſibi ſucceſſione deſumunt: cum illud ſucceſſionis ne verbulo quidem meminerit; verba enim: quam diu Ducis Wilhelmi poſteritas in deſcendenti linea durabit &c. ſunt modus tantum, & conditio adjecta privilegio. Vis autem, & ſanctio in eo conſiſtit, quod Ditiones Juliacenſes, & Clivenſes tamdiu inſeparabiliter unitæ permanere debeant. Unde cum Ferdinandinum de ſucceſſione nihil diſponat, fruſtra ex illo, ad ſucceſſionem argumentantur. Et quamvis hæredum, poſterorumque indefinite fiat mentio: illi tamen diſpoſitione privilegii non gaudent, ut ſcilicet Ditiones unitæ ad ipſos perdurent, niſi vel ex natura feudorum, & qualitatis ſuæ maſculæ: vel ex Carolino, ſucceſſionis ſint capaces.

Etenim juris feudalis interpretatione, hæredum, liberorum, deſcendentium, poſterorum, generis, prolis, domus, familiæ, ſimiliumque appellatione fœmina non comprehenditur.

Sicuti etiam quod unio provinciarum a fœmina, Maria Juliacenſi, partim initium habuerit, non eo magis fœminas qualificat; cum ex ſupradictis conſtet, id non fœmineo, ſed ſpeciali jure, gratiaque Imperatoris, & Domini feudi factum: Et unio hæc alias fœminas non admittat, quam per Carolinum vocatas, & qualificatas.

Eodem modo, quod, impetrati Ferdinandini tempore, Guilhelmus unicum tantum filium habuerit, pro qualificatione filiarum nihil facit; Quia illud ad qualitatem ſucceſſionis nihil confert: Et ideo Dux Guilhelmus id impetravit; quia eo tempore non niſi unicus ipſi filius fuit, ut ſcilicet ſucceſſione filiabus, Carolino habilitatis, delata, non omnes æqualiter: ſed juxta primogenituram, unionisque ordinem, ex Ferdinandino admitterentur.

Nec quicquam ad rem facit, quod ajunt, concedentem Ferdinandum Imperatorem æque Neptes ac Nepotes ex filia dilexiſſe; Quia, ut ſæpe jam repetitum eſt, is quoad ſucceſſionem nihil ordinavit; ſed modum tantum ſuccedendi declaravit & confirmavit. Capacitas autem filiarum Ducis Wilhelmi, ordoque ſuccedendi, nec non affectionis qualitas, ex antecedente Carolino vim

& originem traxit: quod Imperator Ferdinandus pure, abſoluteque confirmando, affectionem quoque & voluntatem ſuam enixam ſatis clare expoſuit. Et primum quidem Nepotes, illisque deficientibus, neptes ſuperſtites, & poſt has, Pronepotes (ad propriam feudi naturam redeundo) nullo autem modo Proneptes ſuas vocavit: Adeoque ſucceſſionem Neptibus indulgendo, eam tamen ad ſolos Pronepotes reſtringendo, & pii Parentis, & Auguſti Imperatoris officium ſimul explevit.

Manet itaque, ex Ferdinandino pró Brandenburgicis nihil inferri, præter illud, de quo utrimque convenit: ſcilicet ad Ditiones controverſas unicum tantum univerſalem ſucceſſorem admittendum. Quis autem ille ſit, id ex Carolino hic potiſſimum judicandum eſt.

Qua in parte Brandenburgici primogenituræ jus, atque univerſalem ex eo ſucceſſionem, ſequentibus potiſſimum rationibus ſibi quoque adſcribere conantur.

Primo, quod ex communiori Dd. ſententia, & Caroli IV. in Bulla Aurea deciſione Imperatoria, filius Primogeniti Patruum excludat.

Secundo, quod Sereniſſima Electrix Anna Brandenburgica, in Matris Mariæ Eleonoræ locum intrando, materteris, ſicut ipſa Mater præferatur.

Tertio, quod Succeſſio delata Alteri, poſt Alterum, ita intelligatur, ſi prior decedat ſine liberis.

Quarto, quod jus primogenituræ competat ab ipſa nativitate, & ita tranſeat ad omnes deſcendentes.

Quinto, quod, quando feudum pervenit ad unum ex fratribus, in ejus linea duret, quamdiu ex ea aliquis ſupereſt, nec ad ſecundum fratrem, ejusque lineam tranſeat.

Sexto, quod etiam de jure Communi non ſit locus ſecundo ordini ſucceſſorum, quamdiu quis ſupereſt ex primo.

Quibus Brandenburgicorum rationibus, ſic ut apud acta judicialia a parte Neoburgica ſolide reſponſum eſt: ita ut & hic breviter ſatisfiat, notandum, non quasvis aliarum gentium, apud quas primogenia vigent, leges præſenti controverſiæ, ut a Brandenburgicis fit, poſſe applicari.

Nam recte monet *Melchior Palaez de Majoratu*, graviter errare eos, qui in hac materia ſumunt argumenta ex ſacra ſcriptura ad deciſionem quæſtionum alibi occurentium: Et quamvis *Laudenſis Cirier*, *Tiraquellus*, aliique integros tractatus de jure primogenituræ ſcripſerint: Equidem ſi caute non legantur, & applicentur, facile legentes in varios errores præcipitari.

In præfat. n. 3.

Ut enim alibi lex, ſtatutum, vel conſuetudo Regionis diſpoſitio Teſtatoris, aut primi Authoris: Ita hic natura Ditionum, pacta Majorum, atque obſervantia, & maxime privilegia Cæſarea, tanquam baſis & regula ſucceſſionis ſupponenda & attendenda ſunt.

Jam

Jam quod Brandenburgici afferant, ex communiori Sententia Nepotem in ſucceſſione Patruo præferri, id tam dubium tamque controverſum eſt, ut quæ communis ſit, vel ipſo Tiraquello teſte, acerrimo alias Nepotis Patrono, diſcerni non poſſit.

de Jur. primog. q. 40. n. 11.
ubi plura hac de re.

Regnum Siciliæ Patruo contra Nepotem addixit Bonifacius octavus.

Clem. Paſtoralis de re jud.

Argumentum ex Aurea Bulla huc ductum, invalidum eſt; Tam enim in rubrica, quam in ipſo textu, de Electoratibus Sæcularibus imperii loquitur; de quibus hic nulla quæſtio; adeoque tanquam lex nova, de caſu, ad caſum non poteſt extendi.

Unde, quod in Electoratibus deciſum eſt, ad alia primogenia, quorum ſucceſſio in propriis regulis, ſpecialibusque privilegiis conſtituta & fundata eſt, non extenditur.

Quæſtionem autem hanc ad præſentem controverſiam accommodando, imprimis advertendum eſt, quod tam Doctores prædicti, quam Bulla Aurea tractent de ſucceſſione in linea recta deſcendente; Hic autem de ſucceſſione in transverſali linea quæſtio ſit inter Sororem, & Neptem, de ſucceſſione fratris vel Avunculi: Nam etſi Doctores non pauci ſuſtineant, in Primogenio quocunque, deficientibus maſculis, fœminas non ſuccedere.

quos refert *Tiraq. q. 10.*
num. 241. & expreſſe firmat.
Cirier q. 20. n. 3. lib. 1.

Conſtans tamen, & communis ſententia eſt, fœminam non admitti, ſi res, in qua primogenitura radicata eſt, ſit feudum.

Plures Citati a *Tiraq. q. 10. n. 8.*

Niſi habilitata fuerit fœmina.

Tiraq. ibidem. Cirier q. 10. n. 1.

Quod autem Electrix Brandenburgica ad feuda controverſa habilitata non fuerit, tenor Carolini ſatis exprimit; & ex illis, quæ ſupra dicta ſunt, & in ſequentibus dicentur, latius apparet.

Primo, quod ad Caſum quam proxime accedit, ſi in ſucceſſione Primogenii concurrat Neptis ex primogenito cum Amita, Amitam præferendam communiori calculo obtinuit.

Bart. in l. librorum n. 13. ff. de v. ſign.
Cin. in l. 1. cod. de adulteriis
Tiraq. q. 40. n. 53.

At hæc concedunt omnes, quod ſi conſtet de mente inſtituentis ſeu

ſeu concedentis Primogenium, Patruum Nepoti, vel contra præferre volentis, illa ſequenda ſit, & ceſſet quæſtio.

Laudens de Primog. q. 38. in fin.

Carolini autem privilegii verba tam clara ſunt, ut non poſſit admitti voluntatis quæſtio. *Nempe quod deficientibus filiis Ducis Guilielmi, filiæ ipſius, & quidem ſolæ tunc temporis ſuperſtites, & ubi nullæ amplius filiæ ſuperſtites fuerint; tunc demum ipſarum filii duntaxat maſculi, qui tunc temporis in vivis erunt*, admitti debeant: Unde patet, materteras etiam ipſis Nepotibus expreſſiſſimis verbis prælatas; Neptum autem (qualis eſt Electrix Brandenburgica) nullam mentionem factam, multo minus eas habilitatas aut vocatas eſſe.

Duce autem Joanne Guilielmo decendente, Anna Palatina ex filiabus Guilielmi tunc temporis ſenior ſuperfuit: adeoque ſi hæc Patrui & Nepotis diſputatio ad præſentem caſum accommodanda eſt, conſtat ex jam dictis, & privilegiorum Cæſareorum tenore (quæ præſentis ſucceſſionis potiſſimæ regulæ ſunt) Sereniſſimæ Annæ Palatinæ partes longe potiores eſſe.

Altera in hoc puncto ratio, quod ſcilicet Electrix in locum Matris intret, & ſic materteras excludat, Principium petit: Nam hoc ipſum in quæſtione eſt. Neque ad rem facit, quod in Civili ſucceſſione Nepotes cum propriis Thiis admittantur: diſpar enim hic caſus eſt, ubi de alterutro excludendo agitur, & ſucceſſio non niſi unicum admittit.

Et quod in Primogenio in transverſalibus repræſentatio locum non habeat.

Iſernia, Butrius, Cynus, Salicetus, Angelus, aliique tenuerunt, quos refert *Afflict. in c. omnes ſi de feudo defuncti*: Cum hic non hæreditario; ſed proprio jure ſuccedatur, & ſic proximior gradu, remotiorem excludat.
Latiſſime in utramque partem *Afflict. d. loco ubi n. 31.* ita concludit.

Et poſito, ſine veritatis præjudicio, repræſentationem etiam in Collaterali Primogenii ſucceſſione admitti; id ſane Electrici nihil prodeſſet: Cum perſona repræſentata deceat eſſe habilis, & apta ſuccedere; Electrix autem in feudis imperii ſcccedere non poſſit, ad quæ nec habilitata, nec privilegio Carolino comprehenſa invenitur, quod primo gradu ſolas filias, ex Ducis Guilielmi & Reginæ Mariæ corpore procreatas; poſt eas autem omnes, illarum filios maſculos tantum ad ſucceſſionem habilitat & admittit.

Tertia ratio ex jure civili deſumpta eſt, quod ſcilicet ſucceſſio delata alteri poſt alterum, ita intelligatur, ſi prior ſine liberis deceſſerit. Quod etſi in fidei commiſſo, Legato, aut primogenio in allodialibus concedi poteſt, quod ex nudo teſtatoris aut inſtituentis pendet arbitrio; longe tamen hic aliud eſt, ubi de feudo, eoque ex conſenſu Domini primogenito ex filiabus habilitatis, conceſſo, quæſtio, & ſucceſſionis ordo in Carolino, claris verbis, expreſſus eſt: *ut primum filii, deinde filiæ, tempore obitus ſuperviventes, & demum ſi illarum nulla, tempore mortis ultimi hæredis maſculi, in vivis eſſet, tunc illarum ſoli filii maſculi admittantur.*

Cujus vigore ſucceſſio hæc Duciſſæ Boruſſiæ, uti jam ante defunctæ, nullo modo delata fuit; ſed Maſculis, tanquam primo ordine vocatis, deficientibus,

in Secundo ordine Anna Palatina, filiarum viventium natu major, & proxime capax, ſuperfuit; Electrix autem Anna nec tertio quidem ordine admiſſa fuit: adeoque re plane perſpecta, nullo in privilegio expreſſorum ordinum comprehenditur. Non primo: quia in illa ſunt filii, qualis non fuit: Non ſecundo, in qua ſunt filiæ ſuperſtites Ducis Wilhelmi & Reginæ Mariæ, qualis illa quoque non fuit: Non tertio, in qua ſunt filii filiorum maſculi; quæ qualitas & illi defuit. Allegata itaque illa juris civilis regula huc applicari non poteſt; cum nec Mariæ Eleonoræ Duciſſæ Boruſſiæ ſucceſſio delata ſit: Neque ſi delata fuiſſet, Electrix Anna (obſtante natura feudi & privilegii claro tenore) poſt eam, ejus capax fuiſſet.

Quartum argumentum, Jus primogenituræ radicari ab ipſa nativitate, ſic ut quamdiu ex primogenito aliquis ſupereſt, ſecundo genitus excludatur &c. æque parum ad caſum facit: Nam ſi hoc ſimpliciter verum eſt, fruſtra a tot ſæculis, & tanta contentione inter Patruum & Nepotem diſputatur. Ut enim Nepotis Patroni id aſſerunt, ita Patrui negant; de quo tamen hic latius inquirere non attinet: cum certum ſit, Mariam Eleonoram toto vitæ tempore, tanquam extantibus maſculis, nihil juris, re ipſa & effectu, ſed ſola ſpe, quæ obitu ipſius evanuit, radicatum habuiſſe. Jus autem quod ex Carolino habere potuit, non fuit radicatum realiter, niſi conditione eveniente; illud enim verbis ſuſpenſivis loquitur, *tunc cum filii decedent*, nec aliis filiabus *quam ſolis tum temporis ſuperſtitibus* quid juris tribuit. Et quia univerſum fœminarum ſuccedendi Jus ex arbitrio, & gratia Imperatorum habilitantium pependit, fuit certe in illorum poteſtate, gratiæ ſuæ modum ponere; prout fecerunt, poſt *filios, filias: & poſt illas tum demum illarum filios maſculos viventes* vocando. Ex quo plane ſequitur, ante conditionis eventum, jus realiter radicatum non fuiſſe, & in præſenti controverſia eam dicendam primogenitam, quæ, eveniente conditone, major natu, & ſuperſtes fuit: Nam ex communi, veraque ſententia, mortuo vel incapace primogenito, ſequens eſt & vocatur primogenitus.

Late *Tiraq. de Jur. primog. q. 3. n. 6.*

Nempe qui delatæ ſucceſſionis tempore primogenitus & major natu in vivis invenitur.

Cirier lib. 1. q. 25. n. 14. Palaez lib. 1. q. 2. n. 12.

Fruſtra igitur in Maria Eleonora Jus radicatum prætenditur, quod re ipſa nunquam fuit; Imo etiamſi, per conditionis eventum, fuiſſet radicatum; non potuiſſet tamen in filiam Electricem, tanquam fœminam & incapacem transmitti.

Quintum argumentum ex Jure feudali deſumptum, quod, feudo uni ex fratribus delato, cæteri non admittantur; donec ex ejus linea quis ſupereſt &c. cum tertio ſimile eſt, quod in eodem caſu ex Jure civili acceptum: Utrumque autem in eo ſtatim impingit, quod ſucceſſionem delatam præſupponat, quæ lineæ Brandenburgicæ nunquam obtigit: & Jura feudalia de fratribus & filiis agunt, nulla fœminarum mentione facta. Si autem regulam illam caſui applicare velimus, pro Sereniſſimo Neoburgico recte facit: ejus enim lineæ, ut jam ſtatim dictum, ſucceſſio delata eſt. Et quia de feudis quæſtio eſt, Juribus feudalibus judicandum eſt, quibus non patet locus fœminæ, quamdiu ſupereſt maſculus ex primo acquirente deſcendens & habilis.

C. un. de eo qui ſibi & ſuis Hered. ibi a. Laudens:
& feudiſta communiter.

Nunc

Nunc quia Serenisſima Anna Palatina, privilegio cæſareo habilitata, & ſic maſculi vices tenet, Electricem Brandenburgicam, tanquam neptem non habilitatam excludit: Imo ſi Mariæ Leonoræ delata fuiſſet ſucceſſio, ab ejus tamen morte Palatinus Wolffgangus Wilhelmns Electricem Brandenburgicam excluſiſſet: Nam feudo, ut hic, conceſſo pro maſculis, & iis deficientibus, pro fœminis, ſi decedat vaſallus, relictis duabus filiabus, quarum altera filium, Altera filiam relinquat, filius ſolus admittitur & materteræ filiam excludit.

d. t. un. §. quin imo ibi gloſſ. in verbo non admittuntur.
Roſenth. *cap. 7. conc. 40. n. 5.* Zas. *de feudis. part. 8. n. 46.*
Sonsbeck *part. 4. n. 29. & part. 9. n. 128.*
Tiraquel. *de primog. q. 13. n. 5.* Bald. *conſ. 127. vid. 2.* XVII. Doctores ſubſcripſerunt.

Et in feudo dato pro filiis, iisque deficientibus, pro filiabus neptes ex filiabus non admittuntur.

Roſenth. *cap. 7. concl. 42. n. 6.* ubi ad contraria reſpondet.

Quia in his filiæ appellatione, neptis non venit.

Roſenth. *cap. 7. concl. 15. n. 11. & concl. 35. in fin.*

Quæ omnia in caſu præſenti eo fortius obtinent, quod filiæ Ducis Wilhelmi, non veniant ex inveſtitura, nec ex illa Jus illis quæſitum ſit; ſed quod Dux Guilhelmus, cum Anno 1543. eſſet inveſtitus, poſtea Anno 1546. privilegium ſucceſſionis filiarum impetrarit; privilegium autem, quod filia ſuccedat in feudo, ſtricte interpretandum eſt.

Et quemadmodum hæc omnia Juri feudali conformia: ita ab Imperatoribus concedentibus diſerte expreſſa, & poſt filias viventes ſoli illarum filii maſculi vocati ſunt: Ex quibus ſequitur, etiam Juris feudalis diſpoſitione, Palatini Neoburgici partes Brandenburgici prætenſionibus longe eſſe ſuperiores.

Ad ſextum argumentum, quod de Jure communi non admittatur ſecundus ordo, donec quis ſupereſt ex primo &c. ex illis quæ hucusque dicta ſunt, clara eſt reſponſio: Serenisſimam ſcilicet Palatinam Annam, ab obitu fratris, in primo, poſt filios, ordine poſitam; Electricem Brandenburgicam vero ne tertio quidem ordine vocatam, ſed omnino excluſam fuiſſe. Manetque hoc modo inconcuſſum, Palatini Neoburgici Jus, & univerſalem ſucceſſionem ex Ferdinandi Cæſaris privilegio, primogenituræ Jure, Annæ Palatinæ, tanquam primogenitæ habilitatæ, delatam eſſe.

Jam Carolinum, ſucceſſionis filiarum privilegium, quod attinet, etſi ex jam dictis ſatis conſtet, illud Brandenburgicorum intentioni nullatenus ſuffragari; breviſſime tamen recenſebimus & diluemus quoque ea, quæ inde pro ſe adferunt.

Dicunt enim Primo, quod par fuerit affectio Cæſaris concedentis erga neptes ſuperſtites, quæ erga filias præmortuas: Et ſic, quod filiarum appellatione etiam neptes veniant.

2. Quod Carolinum ſit ſaltem declaratio aliqua Juris filiabus Juliacenſibus alias per ſe competentis.

3. Quod filiarum filii non ſint expreſſi reſtrictive; ſed frequentioris uſus gratia, quia impetrans æque neptes ac nepotes includi voluerit.

4. Quod in poteſtate Ducis Guilielmi, tanquam impetrantis, fuerit, privilegio a ſe impetrato non uti; prout feciſſe putant, in pactis Borusſicis aliter diſponendo.

5. Quod duciſſa Borusſiæ etiam Maſculum ex filia Electrice, Georgium Guilielmum, Marchionem, & Electorem Brandenburgenſem reliquerit, in quo & Carolinum obtinere debeat.

Verum ad hæc omnia facilis eſt reſponſio: Nam primum quod attinet, non eſt opus de qualitate affectionis Imperatorum Concedentium pluribus inquirere; cum illorum verba per ſe clara ſint, & res, de qua agitur, ſucceſſioni feudorum Regalium, accommodata: In quibus, ex Juris feudalis diſpoſitione, filiabus habilitatis non ſuccedunt, niſi maſculi: nec earum appellatione Nepotes continentur, ut jam dictum: poſſetque, his omnibus ſepoſitis, argumentum hoc obtinere, ſi de admittendis, cum Marterteris, neptibus; Non vero de illis per neptem, (quo Brandenburgici prætendunt) excludendis, ageretur. Hic enim naturæ ordo eſt, ut magis filios, quam Nepotes diligamus.

L. ſed ſi §. Nepotes de Hared. inſtit. l. ſi viva Matre C. de Bon. mater.

Quem ordinem ſapientiſſimi Principes ſecuti ſunt, ordinemque filiarum a nepotibus expreſſe ſepararunt. Quoties autem diſpoſitio diſcretive loquitur, appellatione filii non venit Nepos.

L. Patri ff. ad l. Jul. de Adult. Julia §. hoc capite ff. de ritu nupt.

Minus in privilegiis, in quibus hic verſamur.

Bart. *in l. liberorum n. 7. de verb. ſign.*

Et ſtante ſtatuto, quod maſculus excludat fœminam Neptis ex filio non excludit Amitam; quia appellatione filii non venit.

Bart. *ibid. n. 13.* Bald. *Gyn. aliique in l. 1. C. ad leg. Juliam de adult.*

Et quo-

Et quoties disponens filios, Nepotes, Pronepotes, diversis cognationis nominibus nominat: illis tantum provider, quos nominatim expressit.

L. liberorum §. toties de verb. sign.

Etsi etiam hæc omnia tam clara non essent, prout sunt clarissima, tamen appellatione filiæ Electrix Anna non veniret; Quia non reperitur in ea qualitas masculà; quam tamen illo in gradu privilegium expresse requirit. Quoties autem qualitas est diversa, appellatione filii nepos non venit.

L. fin. C. de natura lib. Ias. in l. is potest n. 41. de adquir: Hared.

Ita ut, quomodocunque hoc casu Carolinum torqueatur, appellatione tamen filiarum Ducis Guilielmi, Electrix Anna Neptis venire non possit.

Quod vero asserere audeant, Carolinum saltem esse declarationem Juris, filiabus Juliacensibus per se, & ditionum natura competentis; In eo laudatissimæ memoriæ Principes Juliacenses & Clivenses aut erroris, aut ignorantiæ graviter arguunt: Nam quoad naturam Ditionum ex prædictis longe aliud constat, & tam Ducis Imperantis, quam Imperatoris concedentis verba non declarationem, sed novam gratiam demonstrant:

In narrativa enim privilegii ponitur, *Ducem Guilielmum humiliter Cesarem imploraſſe, atque petiiſſe, hanc ſibi gratiam, licentiamque concedi &c.* Et in concessione, *quod Cæsar intuitu meritorum Ducis Guilhelmi hanc gratiam specialem licentiamque dederit &c.*

Ad illa autem, quæ per se competunt, specialem gratiam, vel petere, vel concedere non est opus.

Imo si fœminis successio per se competiiſſet, illis non gratia, sed gravamen factum fuisset, ex quo successio ad solos filiarum Masculos restricta est; Quod tamen Dux Guilielmus pro gratia speciali Cæsarea agnovit, atque suscepit: in eoque filiarum pacta nuptialia fundavit; prout Cæsar concedens, eodem modo, id neptibus suis, specialis gratiæ Cæsareæ loco, indulsit.

Ita, quod pro tertio ponitur, filiarum filios non esse expressos restrictivè sed frequentioris usus gratia: Cum impetrantis erga omnes par fuerit affectio &c. Nimis longe petitum est, & nimis clara sunt verba, quam ut, maxime in subjecta materia feudali, de mente tam Impetrantis, quam concedentis dubitari possit.

Dux Guilielmus in narrativa petit, ut feuda sua, in defectum Masculorum, ad filias perveniant, ipsisque, & ipsarum filiis masculis concedantur; Neptum vero ne quidem verbulo meminit: sed suffecit ipsi, filiabus gratiam fieri: neque ignoravit difficulter consensuros Cæsares, ut tamen præclara feuda, atque principatus

cipatus in præjudicium Imperii, uno quaſi ictu, antiquam & rectam naturam exuerent: Cujus contrarium idem Cæſar concedens in confirmatione pactorum Saxonicorum expreſſe præcavit, ne ſcilicet per illam gratiam feudi naturæ, vel in minimo aliquid derogaretur.

Imo ſi hæc impetrantis intentio fuiſſet, prout revera non fuit; nihil profuiſſet, niſi concedentis quoque acceſſiſſet conſenſus & confirmatio.

Et quoties non ſolum in conceſſione Carolini, ſed & ejusdem confirmationibus: neque in his ſolum, ſed etiam in utraque habilitatione Mariæ Juliacenſis, & in confirmatione pactorum Saxonicorum filiarum vel fœminarum mentio fit, toties eædem vel proprio (ut Mariæ, Sybillæ) vel appellativo filiarum Ducis Guilhelmi, & Reginæ Mariæ, Nomine, (ut in Carolino) expreſſæ ſunt, & ſucceſſio ad earum filios maſculos clare reſtricta eſt; Fœmina autem nomine proprio, vel nomine filiæ ad feuda habilitata, ulteriores ex ea fœminæ non comprehenduntur, ut ſupra dictum.

Idque hoc in caſu tanto fortius, & absque omni dubio obtinet, quod quoties in privilegiis, gratiisque prædictis, fit mentio hæredum ex filiabus, toties maſcula illis qualitas, in omnibus ubique privilegiis, addita, & ſub eadem qualitate vocati ſunt. Quod ſane non ſine myſterio, ſed ad enixæ voluntatis conteſtationem Auguſtiſſimi Cæſares Maximilianus I. Carolus V. Ferdinandus I. Maximilianus II. clariſſime expreſſerunt. Atque minus nihil præſumi poteſt, quam fœminas, filiarum deſcendentes, Imperatoribus Concedentibus unquam in mentem veniſſe, quas, adjecta qualitate maſcula, diſerte excluſerunt.

Quod pro quarto aſſeritur, quaſi in poteſtate Ducis Guilielmi fuiſſet, privilegio per ſe impetrato non uti, illique in pactis Boruſſicis derogare &c. De hoc mox videbitur, cum, de rationibus, ex pactis deſumptis, agemus: clarumque fiet, Ducem Guilielmum pacta Privilegiis contraria, concedere nec voluiſſe, nec potuiſſe: Imo ſi privilegio non voluiſſet uti, nullam filiabus ſucceſſionem in pactis vel reſervare potuiſſet, vel promittere; ſed, deficientibus maſculis, feuda Domino, & Imperio fuiſſent aperta; quod præcavendo, privilegium ipſum ſollicite impetravit.

Aliud autem eſt, privilegio non uti, & favori pro ſe introducto renunciare: aliud privilegio abuti, vel terminos ejus transgredi, & perſonis, privilegio non comprehenſis, ſucceſſionem promittere. Quorum prius Dux Guilielmus non voluit: poſterius non potuit, etſi vel maxime voluiſſet.

Quintum, quod nempe Boruſſiæ Duciſſa, ex filia Anna, Nepotem Georgium Guilielmum reliquerit &c. Nimis longe petitum eſt, & nec ille quicquam ſibi Juris adſcribere poteſt; Nam quod Brandenburgici ſibi imaginantur, Georgium Guilielmum Aviam repræſentare, id in Jure inauditum eſt. Ut enim Juſtinianus inquit, quod in ſuorum Parentum Jura ſuccedant filii, id ſolis fratrum filiis tribuitur, nulli alii omnino Perſonæ, ex hoc ordine venienti,

Novell. de Hered. ab Inteſt. c. 3.

Imo nec in Primogenii quidem Collateralis ſucceſſione repræſentatio, ubi illa locum habet, ultra quam ad fratrum filios extenditur.

Tiraq. q. 41. n. 4.

Quia in duobus tantum caſibus, ſucceſſione ſcilicet Avi & Patrui locum habet.

Late *Decius conſ. 1. Alex. conſ. 4. vol. 2.*

Et quia, ut ex præcedentibus liquet, nec Electrici ipſi, neque matri ejus ſucceſſio fuit delata, inhabile eſt, quod ex inhabili radice deſcendit.

Bald. in l. maximum vitium C. de lib. preter.

Prout etiam verisſima, ita receptisſima quoque eſt ſententia, quod ſi fœmina in certo gradu excluſa eſt (ut hic in gradu Nepotum) maſculus ex ea non admittatur.

Roſenth. cap. 7. concl. 37. n. 12.
Tiraq. q. 12. n. 5. & alii plures.

Etiam in ſucceſſione Primogenii, in quo, excluſa filia, filius ex illa non admittitur.

Ciriac lib. 1. q. 23. Palatx p. 2. q. 6. n. 52.

Ex quo capite Reges Angliæ a ſucceſſione Regni Galliæ excluſos eſſe dicit.

Bald. in l. 1. ff. de ſenatorib.

Etenim admitti non debet, cujus excluderetur Author.

C. licet x. de teſtib. l. a Divo Marco C. de queſt.

Et quoties quis non admittitur favore alterius (ut hic favore Nepotum neptes tam ex ipſa feudi natura, quam expreſſo privilegiorum tenore excluſæ ſunt) toties nullus deſcendentium, illius excluſi, admittitur.

Patet

Patet itaque manifeſte Brandenburgicos, ut nihil ex Ferdinando, ita minus ex Carolino prætendere poſſe; Sed Annam Palatinam, ut utroque vocatum, ita Electricem Brandenburgicam Carolino a Succeſſione, & conſequenter a primogenitura expreſſe ſubmotam & excluſam eſſe.

Ulterius ad colorandam intentionem, tum ex Majorum diſpoſitionibus, tum ex pactis Boruſſicis ita argumentantur Brandenburgici: Anno 1418. Adolphus I. Cliviæ Dux, conſentientibus Cliviæ, Marchiæque ſtatibus, perpetuo Ditiones illas uniit, & ſucceſſionem Primogenito, illoque deficiente, Primogenitæ addixit. Eoque modo filiabus, Wilhelmo Bavaro, Henrico Schvvartzenburgico, & Henrico Braunsvvicenſi nuptis, ſucceſſiones reſervavit.

Ita in pactis Clivicis Anno 1496. Saxonicis Anno 1526. Anglicis Anno 1538. filiabus, poſt maſculos, ſucceſſionem reſervatam fuiſſe.

Verum ad hæc exempla quod attinet, Etſi Adolphus primus in diſpoſitione ſua, in defectum filiorum, filias ad ſucceſſionem vocare intenderit; Nemo tamen inficiabitur, non licuiſſe illi, nec potuiſſe illum in præjudicium Domini Directi, & qualitatis feudi, tale quippiam diſponere: Et quia maſculos reliquit, non opus eſt, de hujus pacti invaliditate pluribus inquirere.

Aſt ubi unicus tantum maſculus, aut una duntaxat fœmina ſuperfuit, pacta Clivica, & Saxonica docent, quanta cura, quantaque ſollicitudine tum Parentes, tum Sponſi filiarum gratiam & habilitationem a Divis Imperatoribus efflagitarint & impetrarint: atque pro illis ſolum, quæ tum ſucceſſioni proximæ erant; poſt illis autem pro ſolis maſculis obtinuerint, cum adjecta etiam expreſſa clauſula; *Salvo Imperii feudique jure.* Quodque per hanc gratiam ejus natura ne in minimo quidem mutaretur.

Imo Dux Wilhelmus Sapientiſſimus Princeps, in ipſis ſuis precibus, & Carolini narrativa filiarum ſucceſſionem ad ſolos earum maſculos reſtrinxit.

Ad pacta Boruſſica quod attinet, in eis ita proviſum eſt: Ob wir Wilhelm Hertzog, und Maria Hertzoginne zu Gülich, Cleue und Berg (inquiunt) keine Männliche Erben lebendig hinterlaſſen würden, die förter keine Erben verlieſſen: Alsdann ſollen Unſere Fürſtenthumb Gülich, Cleue, Berg, die Graffſchafften Marck, Ravenßberg, und andere Herrligkeiten, ſambt allen güeteren, in- und zugehörigen, an- und zufelligen Gerechtigkeiten, So wir jetzo einhaben und beſitzen, und was wir, oder Unſere Männliche Erben hinder unß verlaſſen würden, nichts ausgeſchloſſen, mit Landt und Leuthen, wie wir, oder Unſere Männliche Erben baß gebraucht, oder hetten gebrauchen mögen, an gedachte Unſere Eltiſte Dochter Frewlein Maria Eleonora, Unſers zukünfftigen Eythumbs Hertzogs Albrechts Friederichs Gemahl, und Ihrer beyder Erben, ob Sie die mit einander zeugen würden, kraft

krafft und nach inhalt darüber hievor erlangter und beſtettigter Käyſerl. *Privilegien* kommen und geerbt ſein, darahn nach dan die Landſchafft auch halten ſolle ꝛc. Hoc eſt, Si Nos Dux Wilhelmus, & Maria Duciſſa Juliæ, Cliviæ & Montium, nullos liberos maſculos in vivis relinquamus, qui ulterius liberos non relinquant, tum Ducatus noſtri, Julia, Clivia & Montes, Comitatus, Marchia & Ravensberga, aliaque Dominia cum omnibus bonis & dependentibus juribus, quæ nunc habemus, & poſſidemus, & quæ nos & liberi noſtri maſculi relinquemus, nullo excepto, cum terris & ſubditis, prout nos & liberi noſtri maſculi illis uſi ſunt, vel uti potuerunt, ad prædictam noſtram ſeniorem filiam, Dominam Mariam Leonoram, futuri noſtri generi, Ducis Alberti Friderici conjugem, & utriusque ipſorum liberos, quos procreabunt, *in vim & juxta tenorem deſuper ante hac obtentorum & Confirmatorum privilegiorum Cæſareorum*, pervenient & devoluentur; quibus etiam tum Ditionum ſtatus adhærebunt. NB. NB.

Ajunt præterea Brandenburgici, quod hæc pacta præſente & conſentiente Barone Winnenbergico, Legato Cæſareo, concluſa ſint, & quod Maximilianus Imperator, audita Legati ſui relatione, datis ad Ducem Guilielmum literis; eorum confirmationem obtulerit.

Quin quod & ipſa per ſe, pro diſpoſitione paterna inter liberos ſuos, adeoque a filiabus, jurata etiam renunciatione interpoſita, religioſe obſervanda ſint: neque patere aliis ſororibus locum, quamdiu Mariæ Eleonoræ Heredes, Electrix ſcilicet Brandenburgica, ejusque deſcendentes ſuperſint, &c.

Sed imaginantur hic ſibi Brandenburgici, quaſi ſucceſſio Duciſſae Boruſſiæ, & omnibus ejus indiſtincte Hæredibus in infinitum promiſſa eſſet; Quod tamen paciſcentes neque voluerunt, neque potuerunt.

Non voluiſſe, inde clarum eſt, quod diſpoſitionem expreſſe ad tenorem privilegiorum Cæſareorum retulerint, Inkrafft und nach Inhalt der Käyſerlichen Privilegien &c. *vigore & ſecundum tenorem privilegiorum Cæſareorum &c.* Cum ergo relatum ſit in referente, & pacta juxta privilegia diſpoſita ſint; in illis autem ſolæ filiæ ſuperſtites, & poſt eas, earum filii maſculi tantum vocentur, ut ſupra ſæpius dictum, & ipſorum privilegiorum verba clara ſunt: Hinc manifeſto conſtat, de quibus filiarum Hæredibus Pater Guilielmus ſenſerit.

Non potuerunt etiam præter privilegiorum tenorem in pactis diſponere: Nec enim in poteſtate Vaſalli eſt, ſine Domini conſenſu, de ſucceſſione feudi diſponere, aut ad illud perſonas inhabiles, & privilegio non comprehenſas, admittere: Ideoque verba pactorum de Hæredibus habilibus, & per privilegia Cæſarea, ſeu Domini Feudi habilitatis intelligenda ſunt capiendaque ſub hac conditione: ſi nimirum Duciſſæ Poruſſiæ Succeſſio delata fuerit, ut verba privilegii notant: Quorum quia neutrum accidit, ceſſat ut privilegiorum, ita & pactorum in illis fundatorum, diſpoſitio: Unde quoque clarum eſt, in condendis pactis, (etſi illa diſpoſitio inter liberos appellari poſſit) aliam tamen Ducem Guilielmum ſibi poteſtatem non arrogaſſe, quam quæ Privilegiis ipſi attributa erat, in quibus ipſa pacta fundavit: Quæ ſi a libera Ducis Guilielmi diſpoſitione omnia pependerunt, quid Legatos Cæſareos tractatibus adhibere opus fuit? Sed quia Guilielmi Ducis, & conſiliariorum ejus prudentia res eo deducta eſt, & Legatis Boruſſicis placuit, pacta privilegiis Cæſareis conformia, atque ad ipſorum tenorem ſe referentia, inire: non ſolum Legatus Cæſareus merito

conſenſit; Sed & Cæſar ipſe confirmationem obtulit: Quoniam privilegia ipſa, jam ante Anno 1566. cum clauſulis ampliſſimis confirmarat: Alias certe neque Legatus Cæſareus, neque Cæſar ipſe pactis conſenſiſſent, niſi illa ad ipſa privilegia relata, in eisque fundata fuiſſent.

Nam ſi Brandenburgici eo, quo nunc ſenſu capiunt, pactorum confirmationem petiiſſent, juſtam ſine dubio repulſam fuiſſent paſſi: Neque aliter tum temporis Maximilianus Imperator Mariam Leonoram, quam glorioſæ memoriæ Prædeceſſores Maximilianus Primus Mariam Juliacenſem, & Carolus Quintus Sybillam, Guilielmi Sororem, nempe pro ſe, & filiis tantummodo maſculis, admiſiſſet.

Quod quia Duciſſæ Boruſſiæ, vigore Carolini, jam indultum erat, caſu quo ſupervixiſſet, & filios maſculos reliquiſſet, ipſique & Duci Marito probe cognitum erat, nihil ſibi amplius a Duci Guilielmo promiſſum, minus quid ulterius a Cæſare indulgendum eſſe: Ideo recte & ſapienter pactis, privilegiisque acquieverunt.

Ad pacta vero, & renunciationem Annæ Palatinæ Neoburgicæ, quod attinet: ſatis jam oſtenſum eſt, eam Brandenburgicis nihil prodeſſe; ſed ea renunciatione, fratribus ſuis ſine liberis deſcendentibus, ſibi & filiis ſuis maſculis ad harum Provinciarum Succeſſionem regreſſum expreſſim reſervatum eſſe: Ita enim habet renuntiatio Sereniſſimæ Annæ, daß deßfals, da die Hochgebohrne Fürſten Herren Carl Friederich, und Johanns Wilhelm Unſere freundliche liebe Brüdere ohn Eheliche Leibs-Erben abgehen würden, Unſeren Herren Ehegemahl, uns, und unſeren Erben und Nachkommen, in obberührten Heyrathsbrief ausdrücklich vorbehalten in alle wege unbegeben ꝛc. Id eſt: caſu quo Illuſtriſſimi Principes D. Carolus Fridericus, & Joannes Wilhelmus fratres noſtri dilecti ſine legitimis liberis deficiant, domino noſtro Conjugi, nobis, & ſucceſſoribus noſtris, jure in prædictis pactis dotalibus reſervato omni modo ſalvo &c. Qua formula, & tenore Guilielmus Pater illam gratam habuit, &, invitis licet Brandenburgicis, acceptavit.

Et licet in hoc puncto illo argumento ſe tueri conentur, quod renunciatio illa ad pacta Neoburgica; Hæc vero ad pacta Borusſica ſeſe referant: Attamen ſi ſerio examinetur, id Annæ Palatinæ nullatenus obeſt; quin potius ſucceſſionis Jus, Cæſareanorum privilegiorum virtute, delatum ſolide firmat.

Nam renunciatio Neoburgica ad pacta Borusſica; Hæc autem ad privilegia Cæſarea diſerte ſe referunt: In effectu igitur & per circulum eo res redit, ac ſi Anna Palatina, juxta privilegia Cæſarea, ac pro caſuum, in illis expreſſorum, diverſitate, renunciaſſet.

Quin ſi pactorum Neoburgicorum verba ſane accipiantur, ad intentionem Brandenburgicorum plane nihil faciunt: In illis enim regreſſus, in defectum maſculorum, Annæ reſervatus eſt: Ita tamen, ut ſi Duciſſa Borusſiæ eo caſu ſuccedat, Anna promiſſa ſibi ſumma pecuniæ contenta ſit. Conditio quidem (defectus nempe maſculorum) Anno 1609. moriente Duce Joanne Guilhelmo, extitit; Sed Duciſſa Borusſiæ jam ante defuncta, per rerum naturam ei ſuccedere non potuit, nec filios maſculos, ſucceſſionis capaces poſt ſe reliquit.

Ideo

Ideoque conditio pactorum Neoburgicorum (defectûs ſcilicet maſculorum, & quod iis Duciſſa Boruſſiæ non ſucceſſerit, neque Hæredem capacem reliquerit) omnibus modis purificata, Annæque Palatinæ locus factus eſt.

Secundo autem caſu pactorum Neoburgicorum (videlicet quod ſi Maria Eleonora decedebat absque liberis, Anna Palatina in ejus locum intrare debeat) locus non eſt, quia præſupponitur Mariam Eleonoram ſucceſſiſſe, & ſucceſſionem ad filios hæredes transmiſiſſe; Quod non evenit: Quia nec ſucceſſit ipſa, Nec ſi ſucceſſiſſet, Hæredes ſucceſſionis capaces reliquit: Quod in hoc ſecundo caſu præſupponitur, & requiritur.

Unde nec ex pactis Boruſſicis, neque Neoburgicis, eademque ſubſecutis renunciationibus, ſano ſenſu acceptis, ad intentionem ſive Brandenburgicam confirmandam, ſive Neoburgicam convellendam ſolidi quicquam poteſt concludi.

Poſtremo Neoburgicis objicitur, quod contra Saxonem ipſi ſe in literis Chriſtiani quondam Electoris Saxoniæ, ad Georgium Fridericum Marchionem Brandenburgenſem Anno 1590. datis, fundent; in quibus tamen Duciſſæ Boruſſiæ ſucceſſio adſcribantur.

Verum hæc res ita ſe habet: Cum circa illud tempus, & Dux Guilielmus Pater, & Joannes Guilielmus filius, infirmæ admodum eſſent valetudinis, filiæque Juliacenſes futuros caſus jam prævidérent: Marchio prædictus, Duciſſæ Boruſſiæ nomine, Chriſtiano Electori ſtatum rerum aperuit, conſiliumque petiit, quomodo in omnem eventum filiarum Jura, atque a Cæſaribus conceſſa Succeſſio, ſarta tectaque poſſent conſervari: Reſpondendo Elector conſuluit, ut filiæ expoſitis Cæſari privilegiis, eorundem confirmationem atque manutenentiam impetrarent, & Marchio nunc, & eveniente caſu, omnibus modis præcaveret, atque apud Cæſarem obtineret, ne in filiarum præjudicium, extraneus quiſpiam ad Ditiones admittatur &c. Unde conſtat literas haſce ab Electore Chriſtiano generalibus verbis conceptas fuiſſe, & in illis nec Brandenburgicis aliquid præcipui tribui, neque Neoburgicis quicquam præjudicii accerſiri; Sed de filiarum jure in genere tractari; Quarum ſi aliæ quæpiam conſilium expetiiſſet, idem ſine dubio reſponſum tuliſſet: Imo Marchio Georgius Fridericus eo tempore privilegia pactaque in vero & illibato ſenſu (non eo, quo nunc Brandenburgici) accepit, cum ad illa differentur, atque indefinite ſeſe retulerit.

Ac præterea palam eſt, quod Jure Annæ Palatinæ ne minium quidem detrahere intenderit: Quia eodem Anno 1590. has literas Philippo Ludovico Palatino Neoburgico transmiſit, Conſilium ab eo petendo, quomodo, qualiterque apud Cæſarem, pro confirmatione & manutenentia prædictorum inſtandum eſſet.

Quo facto ſatis declaratum eſt, filiarum Juliacenſium Jus eo tempore non inter ipſas, ſed conjunctim contra extraneas in conſideratione fuiſſe: cum caſu; Succeſſionis nondum extitiſſet; ſed adhuc ab incerto futuro penderet eventu. Neque alio fine hæ literæ contra Saxonem a parte Neoburgica productæ ſunt; quam ad demonſtrandum, quod ipſe Elector Saxoniæ Chriſtianus, in ſucceſſione filiabus Juliacenſibus primas præ omnibus detulerit: quod nunc ſucceſſor ejus perperam impugnat. Quænam autem inter filias præferenda ſit, cum non niſi unicam admitti conveniat: de illo hic quæſtio eſt; de quo Chriſtianus Elector nihil expreſſit, imo nihil cogitavit, neque ab illo exquiſitum fuit, neque ille judicare potuit.

Et posito, sine veritatis præjudico, soli Mariæ Eleonoræ, Ducissæ Borussiæ, hoc consilium datum fuisse; id tamen eo tempore factum est, quo ipsa natu major & Carolino habilitata adhuc superfuit; si vero res ea, sive declaratio Serenissimam Annam Palatinam pro casuum diversitate, non tangebat, quid ipsæ literæ Saxonicæ, Serenissimo ejus Marito subito communicatæ sunt?

Cum igitur Ditiones controversæ sint feuda regalia, recta, ab imperio dependentia, fœminas (nisi speciali Imperatorum gratia habilitatas, earumque solos masculos suo ordine) tam ex natura feudi, quam privilegiorum tenore, non admittentia, proque talibus a Majoribus, & Duce Wilhelmo (a quo partes utrimque contendentes in linea recta descendunt) agnita & possessa, adeoque Serenissima domus Brandenburgica nec ex ipsorum feudorum natura, nec ex privilegio successionis Caroli V. nec ex privilegio unionis Ferdinandi Primi, neque ex pactis suis Borusficis, aut renuntiatione Serenissimæ Annæ Palatinæ Neoburgicæ Jus suum solide firmare possit, & deducere: Eo quod Carolinum, a Ferdinando Primo confirmatum, habilitationis privilegium post Ducis Wilhelmi filios solas ejusdem filias, ex ejus & conjugis suæ Mariæ corpore procreatas, ac post obitum filiorum in vivis existentes; Post has vero, & si nullæ illarum tum temporis amplius supersessent, demortuarum demum filios masculos duntaxat ad successionem horum feudorum vocet, & admittat: Certum autem & in confesso sit, Mariam Eleonoram Borussiæ Ducissam diem obitus fratris sui Joannis Wilhelmi non supervixisse, adeoque ejusdem, uti post illam viventis, hæreditatem illi nunquam delatam fuisse, eandemque etiam nullum filium masculum unquam habuisse, minus post se reliquisse;

E contra vero in propatulo sit, Annam Palatino-Neoburgicam non solum post mortem fratrum superstitem, sed & natu majorem inter reliquas omnes sorores fuisse, adeoque ex jam dicto utroque tam Carolino, quam Ferdinandino privilegio ad universalem hanc successionem habilitatam, vocatamque esse, eandem etiam animo & corpore adiisse, possessionemque vacantem, sine ullo vitio, adeptam esse, atque ad filium suum primogenitum, Serenissimum Wolffgangum Guilielmum &c. horum feudorum, tam jure & natura illorum, quam vigore dictorum privilegiorum capacem, transmisisse: Id circo ne suæ serenissimæ Celsitudinis jus tam clarum, turbulentis hisce temporibus, aliquid detrimenti aut sinistrae impressionis patiatur, haec pauca, ex actis in supremo Caesaris tribunali ventilatis, summarie extracta ibidemque latius adstructa & deducta, sine cujusquam mortalium offensa, aut famae, honorisque discrimine, cuivis veritatis & justitiae amanti, informationis loco, communicanda duximus, eumque, qui de hac materia fusius edoceri cupit, ad recusum nuper Lucium Veromensem remittimus.

SCHEMA

Digitized by Google

In Succinctam Deductionem Jurium Succesſionis Serenisſimæ Domui ac Stirpi Palatinæ Neoburgico-Solisbacenſi In Ducatus Juliæ, Cliviæ & Montium, Comitatus Marchiæ & Ravensbergæ necnon Dominium Ravenſtein, ceterasque eorundem appertinentias ac dependentias absque legitima contradictione competentium, Manhemii nuper editam, Breves Animadverſiones, quibus Iſta Deductio nonſolum ſolide refutatur, ſed & Jus Succesſionis tam in univerſas Ditiones commemoratas poſt JOHANNIS WILHELMI, ultimi Principis illarum absque prole A. MDCIX. defuncti obitum quam in Juliæ & Montium Ducatus, Dominiumque Ravenſtein, Maſcula Serenisſimæ Domus Palatino-Neoburgicæ Electoralis Stirpe exſtincta, Sereniſſimæ ac Potentisſimæ Domui Regiæ Prusſicæ adſeritur a Juſto Chriſtoph. Dithmaro, Juris Nat. & Gent. & Hiſtor. Prof. Publ. Ord.

Benevole Lector.

PRodiit non ita pridem Manhemii ex Typographia Palatino-Electorali Aulica Meyeriana Liber ſub titulo: LUCII VERONENSIS de *Succesſione in Jura Ditionesque Juliæ, Cliviæ, Montium, Marchiæ, Ravensbergæ &c.* DISSERTATIO REFUTATIO, APOLOGIA & NOTATIO, *una cum* SUCCINCTA DEDUCTIONE *pro Serenisſima Domo Palatino-Solisbacenſi.* Quis ſit Lucius ille Veronenſis, certo affirmare haud poſſumus; Liber vero, qui ſub confincto illo nomine prodiit, ex variis ſcriptis ſucceſſive editis, compoſitus eſt. Cum enim anno 1638. a quodam Anonymo edita eſſet CENTURIA *Juris Electoralis Brandenburgici*, ſive Kurtze, deutliche und wahrhafftige Deduction und Demonſtration-Schrifft in C. Articuln verfaſſet, daß die Cleviſche und Jülichiſche Lande dem Chur-Fürſtlichen Hauſe Brandenburg alleine zugehören von Rechts-Wegen; Ei nonſolum ANTI-CENTURIA *Juris Palatino-Neoburgici in Ducatibus Juliæ, Cliviæ & Montium* ab Anonymo Anno 1646. oppoſita, ſed & a larvato Lucio Veronenſi DISSERTATIO adverſus eandem Centuriam publicata fuit. Quum vero eodem adhuc anno Diſſertationis illius REFUTATIO ab auctore Anonymo edita eſſet, Lucii Veronenſis, quem ſe vocat, Hyperaſpiſtes APOLOGIAM ejus Diſſertationis A. 1652. ſcripſit. Poſtquam dein LIBER TRIUMPHALIS pro Sereniſſima Domo Brandenburgica Berolini impreſſus prodiit, auctor item incognitus Lucii Veronenſis DISSERTATIONEM, REFUTATIONEM & APOLOGIAM una cum NOTATIONE ſua in ibrum illum Triumphalem, ut & MANTISSA DIPLOMATUM edidit. Hic itaque liber eſt, qui denuo nunc impreſſus atque SUCCINCTA DEDUCTIONE pro *Serenisſima Domo Palatino-Solisbacenſi* auctus fuit. Quod vero ad Lucii Veronen-

TABULA GENEALOGICA
Unitarum per Succesſiones Feminarum earumque matrimonia Regionum
Cliviæ, Juliæ, Montium, Marcæ, Ravensbergæ & Ravenſtein.

Comites & Duces Clivenſes

Theodoricus X.

Eliſabetha Ux. Gerhardi de Horne & Perw. — Theod. Johan.

Otto — *Irmgardis* Ux. Joh. Arkelii — Otto

Theodoricus XI. Johannes. — MARGARETHA — Adolphus C. Cliv. & Marc.

Comites Marcani.

Adolphus C. Mar.

Adolphus I. D. Cliv. & C. Marc.

Johannes I.

Johannes II.

Iohannes III.

Comites & Duces Montium.

Adolphus — CUNIGARDIS Ux. Henrici C. Limp. — Adolphus VII.

MARGARETHA — Otto

MARGARETHA — Gerhardus, Wilhelmus VIII. Mont. & C. Ravensb.

Adolphus — Robertus

Wilhelmus — Gerhardus — Wilhelmus — MARIA, heres D. Juliæ, Mont. & C. Ravensb.

Comites Ravensb.

Wilhelmus VII. — Wilhelmus I. D. Mont. & C. Ravensb.

Comit. & Duces Juliacenſes

Reinoldus — MARIA — Wilhelmus Reinoldus, JOHANNA Ux. Johannis C Arkelii — MARIA Ux. Johannis C. Egmond. — Arnoldus

Com. & Duces Geldriæ.

Wilhelmus

Johannes Wilhelmus D. Cliviæ, Juliæ, & Mont. C. Marc. & Ravensb. Dominus Rav. ob. improlis 1609.

MARIA ELEONORA Ux. Alberti Frid. D. Pruſſiæ — ANNA Ux. Joh. Sigismundi Elect. Brandenb. — Georgius Wilhem. — Ffrid. Wilhelmus — Fridericus I. R. Pruſſ. — FRIDERICUS WILHELMUS

Joach. Sigism.

ANNA Ux. Philippi Ludovici, C. & D. Palatino-Neoburgici — Wolfg. Wilhelmus, Auguſtus C. Palat. Solisb. — Philip. Wilhelmus. — Carol. Philip. Fr. Ludov. Elect. Palat Epiſc. Aug. — Eliſab. Auguſta ob. 1728.

Magdalena Ux Johannis D. Bipont.

Sybilla Ux Caroli D. Auſtr. & March. Burg. *improlis*

Christianus Aug. — Theodorus ob. 1732. — Joſeph. Carl. Em. ob. 1728. — Joh. Christianus C. Palat. Solisb.

Sybilla Ux. Joh. Fridr. El. Sax.

Succincta Deductio pro Serenissima Domo Palatino-Solisbacensi.

CUilibet rerum publicarum experto non minus constat, quam ex apposito schemate (a) Genealogico perspicue elucescit, utramque Domum Palatinam, Wolfgango-Wilhelmo-Neoburgicam, modo Electoralem, & Serenissimam Domum Palatino-Neoburgico-Solisbacensem ab uno eodemque utrimque communi Stipite Serenissimo nimirum Philippo Ludovico, Comite Palatino Rheni, Duce Neoburgico, ejusque Serenissima conjuge, Anna, Wilhelmi Juliæ, Cliviæ & Montium Ducis filia, atque adeo moderni Serenissimi Domini Electoris Palatini, Ducisque Theodori Solisbacensis Abavo & Abavia descendere & originem trahere; Proinde evidenter & naturaliter (b) sequitur, quod exstincta linea Palatina Wolfgango-Wilhelmino-Neoburgica masculina, Domui Palatinæ Neoburgico-Solisbacensi, secundo genitæ & proximæ, non minus in Electoratu Palatinatus & Ducatu Neoburgico, quam ceteris quoque Juliæ, Cliviæ & Montium Ducatibus, omnibusque ditionibus eo pertinentibus, absque ulla contradictione succedere fas sit.

Attamen, cum ob jam memoratam Successionem Julio-Clivensem sub prioris Sæculi initium Serenissimas inter Domos, Saxonicam & Brandenburgicam & Palatino-Neoburgicam contentiones (c) quædam exortæ sint, particulares

---

ANIMADVERSIONES.

(a) Quod in adposita Tabula, ut ceterorum quoque Competitorum in commemoratas connexasque ditiones jura atque Successionum casus tanto facilius intelligantur, paulo plenius exhibuimus.

(b) Etsi constet, utramque Serenissimam Domum Palatino-Wilhelmino Neoburgicam, modo Electoralem, atque Neoburgico-Solisbacensem a communi stipite, *Philippo Ludovico*, Duce Neoburgico, hujusque conjuge *Anna*, Wilhelmi Ducis Juliæ, Cliviæ & Montium filia, descendere, eaque propter exstinctis prioris Domus masculis, tam Electoratus Palatinus, quam Ducatus Neoburgicus ad posteriorem Domum devolvantur; Idem tamen, quod ad Juliæ & Montium Ducatus attinet, dici nequit. Nullo enim adhuc, ut postea ostendetur, commemoratæ Annæ, communis stipitis sui, jure Wolfgangus Wilhelmus, ejusque posteri masculi in Juliæ & Montium Ducatus dominiumque Ravensteinense successerunt, sed a Serenissima Domo Brandenburgica, nunc Regio-Prussica, in earundem ditionum compossessionem specialibus pactis recepti fuerunt, quibus vero cum Domus Palatino-Solisbacensis, fatente Deductionis hujus auctore, ituerit excluſa, sua sponte atque sole meridiano clarius inde sequitur, fas non esse, ut exstinctis lineæ Palatino-Neoburgicæ, modo Electoralis masculis, Domus Palatino-Solisbacensis in Juliæ & Montium Ducatus succedat.

(c) Johanne nempe VVilhelmo, ultimo Cliviæ, Juliæ & Montium Duce, ut & Marcæ & Ravensbergæ comite, Dominoque in Ravenstein A. 1609. absque relicta prole defuncto, jus successionis in illis ditionibus inter competitores alios commemoratæ Serenissimæ Domus prætenderunt, & quidem *Serenissima Domus Saxonica* utrius

culares vero Brandenburgicam inter & Palatino-Neoburgicam Domos enatæ, A. 1666. mediante & subsecuta inter Electorem Brandenburgicum, Fridericum Wilhelmum, & Ducem Neoburgicum, Philippum VVilhelmum, atque ab Imperatore Leopoldo, gloriosissimæ memoriæ A. 1678. confirmata, ita dicta transactione hereditaria amicabiliter quidem, attamen sine interventu aut consensu Serenissimæ Domus Palatino-Solisbacensis penitus compositæ fuerint; hinc non desunt quidam siniſtre informati, Domum Electoralem Brandenburgicam, modo Regio-Borusſicam, deficiente moderna linea masculina Palatino-Neoburgica, prædictam Juliæ & Montium Succesſionem jure prætendere & sibi asſerere posſe existimantes. Suam hanc opinionem in eo fundare velle videntur, quod præmemorata transactio hereditaria inter domos Brandenburgicam & Palatino-Neoburgicam, modo Electoralem, solummodo erecta sit, atque exinde contendunt, Domum Electoralem Brandenburgicam, exstincta moderna linea masculina Electorali Palatino-Neoburgica, utpote cum qua sola mentionata transactio inita est, in prætensa jura anteriora (*d*) regredi, ac proinde Ditionum, quæ moder-

---

utriusque lineae in Juliae Montiumque Ducatus, vi Exspectativae in casum exstinctorum masculorum heredum a Friderico III. Imperatore sibi conceſſae & a Maximiliano I. confirmatae; Erneſtinae vero lineae Principes in ditiones a Johanne VVilhelmo relictas universas, ex pactis dotalibus inter Johannem Fridericum, Electorem Saxoniae & Sibyllam, Johannis III. Ducis Cliviae &c. filiam, anno 1526. ea ratione, ut masculis heredibus dictarum ditionum exstinctis, illorum posteri succederent, initis atque a Carolo V. anno 1544. confirmatis;

Sereniſſima Domus Palatino-Neoburgica, tum, quod omnes illae ditiones feuda sint masculina, tum ex privilegio Caroli V. quo demum VVilhelmi Cliviae &c. Ducis filiae superstites, earumque heredes masculi succesſionis in illis Regionibus capaces facti fuerint, atque ideo Annae, filiae ejus natu minori ejusque filio, Wolfgango VVilhelmo, illae competerint.

Sereniſſima vero Domus Brandenburgica, nunc Regio-Prusſica, ditiones easdem omni tempore feuda promiscua, atque jure primogenitura jam dudum in illis recepto, ac per unionem earundem annis 1417. & 1496. factam, confirmato, in Johannis VVilhelmi, ultimi Ducis sororem natu maximam, *Mariam Eleonoram*, ejusque filiam *Annam*, Johannis Sigismundi Electoris Brandenburgensis conjugem, eorumque Descendentes devolutas fuisſe; summo nonsolum jure contendit, sed & posſesſionem illarum Regionum sola apprehendit, temporum vero injuria coacta VVolfgangum VVilhelmum hujusque posteros masculos variis pactis, inprimis Düsſeldorpii A. 1660. initis, in compoſſesſionem earundem ditionum recepit.

(*d*) Summo id jure fieret. Quum enim dicta transactio cum Domo Palatino-Neoburgica solum sit inita, atque in ejus masculos tantum, ut postea ostendetur, se extendat, sua inde sponte consequitur, masculis ejus domus heredibus exstinctis, controverſiam illam ad statum, quo initio fuit, redigi atque poſſesſionem Ducatuum Juliae & Montium ad solam rursus domum Regio-Prusſicam redire.

(*e*) Imo

modernæ Domui Electorali Palatino-Neobugicæ relictæ sunt, possessionem apprehendere (e) posse.

Haec opinio licet valde speciosa (f) & plausibilis iis videatur, quibus hujus rei, seu causae status, ejusdemque circumstantiarum genuina & exacta deficit notitia; attamen, quam fragili nitatur juris fundamento, perspiciet is, qui nullatenus ignorat, Ducatus Juliae, Cliviae & Montium una cum terris eo pertinentibus, semper tanquam Feuda (g) masculina Romanorum Imperatori, qua

(e) Imo juxta ea, quae in praecedenti animadversione dicta sunt, masculis Palatino-Neoburgicis extinctis, non agetur de Possessione Juliae & Montium Ducatuum a Serenissima Domo Brandenburgensi primum apprehendenda, sed retinenda, quippe cum possessione olim apprehensa nunquam se abdicaverit, sed eandem vi compossessionis, perpetua ditionum unione, titulis atque multorum jurium communi cum domo Palatino-Neoburgica exercitio sine ulla interruptione arque realiter continuaverit.

(f) Imo opinionem illam non speciosam tantum esse, sed optimo niti juris fundamento, argumenta vero, quae ab auctore in contrarium adducuntur, nullo vel facti vel juris idoneo fundamento inniti, ex sequentibus liquido constabit.

(g) Ducatus Cliviae, Juliae, Montium &c. Feuda esse masculina, neque feminas in illis unquam successisse, nisi ad id speciali Imperatorum privilegio habilitatae fuerint, oppido falsum est. Esi enim jure Feudali Longobardico omnia feuda masculina sint, atque Maximiliani demum & Caroli V. Imperatorum privilegiis feminae ad successionem in memoratis ditionibus certo modo habilitatae dicantur, ditiones tamen easdem una cum ceteris Galliae Belgicae Regionibus Jure Francico atque perpetua consuetudine non minus ac juxta antiquas investiturarum formulas aliasque circumstantias feuda semper promiscua fuisse, certissimum est, idque testantur probati Auctores;

JOH. SCHILTERUS qui in Dissertatione *de Feudis juris Francici §. 16. gravis*, ait, *esset error putantis, omnia feuda ad Germaniæ sive regnum sive imperium pertinentia, esse feuda Germanici sive Longobardici juris, etiamsi ad id non amplius pertineant. Certe in Helvetia, Burgundia, BELGIO, quæ quondam Imperii Germanici fuerunt, plura sunt feuda Juris Francici, quam naturam jam tum olim obtinuerunt, & adhuc retinent, id quod in causis decidendis inprimis est observandum Jurisconsulto.*

FRIDER. a SANDE, qui *in præfatione ad Consuetudines Geldriæ, ceterum*, inquit, *si usquam alias, in feudis maxime mores seu consuetudines variant, unde etiam Geldri suas in his consuetudines habuere peculiares, a moribus Longobardicis multum differentes, ita forum nostrum ingressuris frequenter sint dediscenda, quæ in scholis ex illa Longobardici juris farragine didicerunt.*

P. CHRISTINÆUS *Decis Curiæ Belgicæ vol. IV. Decis. 102.* differentia inter jus Longobardicum & Francicum ostensa, *§. 78. pro decisione*, pergit, *causarum feudalium in defectum vel subsidium nostrarum* (Belgicarum) *consuetudinum non est recurrendum ad usus feudorum, compilatos per Obertum. & §. 81. Inutiles sunt allegationes, desumtæ tam ex fragmentis Ardizo, quam ex distinctionibus Feudistarum, an pater refutaverit omnino aut in rem;*

qua ſupremo Imperii Capiti fidelitatis nexu adſtricta, habitos & conſideratos fuiſſe

quod illæ tantum ſunt deciſiones & diſtinctiones doctorum tractantium de feudis Longobardorum, & in terminis illius juris, quæ non poſſunt trahi in conſequentiam, ut vim Legis habeant in hiſce (Belgicis) *regionibus.*

IDEM AVCTOR *Leg. Municip. Mechlin. p. 3. 17. de conſuetudine*, ait, *noſtra* (Belgica) *fœminæ non ſunt inhabiles nec incapaces ſucceſſionis, ſed æque in illis ſicut in ceteris patrimonialibus, ſive paganicis ſuccedunt.* Ut & de *Conſuetud. feud.* deciſione 34. *Etiamſi fœminæ & ex fœminis deſcendentes ex feudiſto Longobardorum jure ſucceſſionis ſint incapaces, niſi hoc cautum ſit, ut ſuccedant. Nam econtra Barbantiæ, Geldriæ, Flandriæ, ac pene* totius Belgii *univerſa regula, fœminæ in feudis ſucceſſionis habentur capaces, niſi nominatim ſucceſſionis lege aut ſpeciali conſuetudine maſculi vocentur. Quæ regula non tantum in feudis minoribus ac privatorum obtinet, ſed etiam in principalibus ditionibus; ut videre licet in hiſtoriis Brabantiæ, Geldriæ, Luxenburgi, Flandriæ, Hannoniæ, aliarumque provinciarum hujus* Belgii.

Ipſe *MAXIMILIANUS I.* Imperator *in deductione jurium Mariæ Burgundicæ apud* Leibnitium in Manſſa Cod. dipl. p. 27. *item que* ait, *es parties de Gaule hors des metes du Royaume de France, comme ſont les Duchez, Comtez, Baronies, Caſtellenies, Pairies, & autres fiefs, deca le Rhin, que lon dit de parte Galliæ Belgicæ, comme les Duhez de Brabant, Limbourg, Luxenburg,* Cleves, Gueldres, Juilliers, *Lorraine, les Monts, la Comté de Flandres en Partie, aſſavoir Alloſt, & Thenremonde, les Comtez de Namur & de Hainault, la Marque de Zuphen, Hollande, Zeelande &c. ſans quelque difficulté; iceux & tous autres Fiefs & Dignitez ont ſuccedé & ſuccedent ſur filles, & de ce ſont advenus les cas tans de fois ſans nombre.*

Exempla quoque ſucceſſionis feminæ in omnibus Galliæ Belgicæ ac vicinis ditionibus illam conſuetudinem comprobant atque penitus evincunt. In Comitatu enim *Hollandiæ* poſt Theodorici VII. obitum ejus filia *Ada*, atque Johanne I. defuncto, etſi Albertus I. Imperator illum comitatum, tanquam feudum imperio apertum, vindicare vellet, Johannes II. Hannoniæ comes jure matris *Adelheidis*; ejusque poſteris masculis exſtinctis cum VVilh. IV. hujus ſoror *Margaretha*, Ludovici Imperatoris conjux, atque tandem *Jacoba*, quicquid Johannes ejus patruus relicto Episcopatu Leodienſi moliretur, ſucceſſerunt. VVILH. HEDA de *Epiſc. Ultraject. p.* 281. IOH. GERB. *a Leidis* in *chr. lib. 20. 26. HENICUS Monachus Rebdorſienſis*, qui de tertio caſu A. 1347. *in cujus*, ſcribit, (VVilhelmi IV.) *locum ſucceſſit prædicti ſoror tanquam proximior & ſenior inter ſorores, videlicet Reginam Angliæ & Comitiſſam vel marchioniſſam Juliacenſem juniores, nullum vero fratrem, propter quod* de conſuetudine Patriæ *terram Hollandiæ, & terras alias ſicut frater obtinuit.* ANT. MATTH. in Not. ad *Chr. Egmond. p.* 227. ibique DIPL. Imperat. Ludovici Bav.

In Ducatu *Brabantiæ* Ottone 1008. defuncto, ejus ſoror *Gerbergæ*, Lamberti Longicolli uxor; dein Johanne III. mortuo, ejus filia natu maxima *Johanna*, poſthabitis agnatis, Haſſiæ Landgraviis, & cum hæc ſine prole An. 1406. decederet, ejus ſororis ſecundogenitæ, *Margaretha* poſteri, duces Burgundiæ, ſucceſſerunt.

HARÆUS

fuiſſe, in quibus fœminæ nunquam ſucceſſerunt, neque aliquo ſucceſſionis jure gaudere

HARÆUS *Annal. Brab*, T. I. p. 328.
MAGNUM CHR. BELGIC. p. 309.
JOH. GERB. *a* LEIDIS lib. 28. 30. 32

In Ducatu *Geldriæ* Wichardo II. An. 1061. mortuo, ejus filia *Adelheidis* uxor Ottonis, Comitis Naſſavii, atque horum poſteris cum Eduardo anno 1371 exſtinctis, hujus ſoror *Maria*, Wilhelmi VIII. Ducis Juliæ conjux, eorumque duobus filiis Wilhelmo & Reinoldo defunctis, *Johannæ* filiæ poſteri, agnatis poſthabitis, ſucceſſerunt.

TESCHENMACH. *Annal. Cliv. p. 497.* & 502.

PONTANUS *Hiſt. Geldriæ* Lb. 6. 9. 11, 12.

In Comitatu *Flandriæ* Roberto A 1119. defuncto, ejus Sororis, *Adelæ* filius, Carolus, atque Wilhelmo Flandriæ comite A. 1128. mortuo *Gertrudis*, Adelæ ſororis filius, Theodoricus Alſaticus dictus; cujus filio Philippo An. 1191. defuncto, hujus ſoror *Margaretha* Balduini IV. conjux mortuoque eorum filio Balduino V. hujus filia natu maxima *Johanna*, atque hac defuncta, ejus ſoror *Margaretha*, ejusque poſteris maſculis cum Ludovico III. Ao. 1368. exſtinctis, hujus filia *Margaretha* ſucceſſit. atque comitatum Flandriæ cum aliis ditionibus Philippo Audaci, Duci Burgundiæ, in dotem attulit.

MEYERUS *Annal. Flandr.* lib 4. 5. 7. 8. 9.

OLIVARIVS VREEDIUS *in Sigill. Comit. Flandriæ* p. 10. 16. 22. 28. *& Geneal. Comitum Flandriæ* Tab. 3. 5. 6. &c.

In Comitatu *Hannoniæ* Raginerio An. 1029 defuncto, ejus filia *Richilda* ſucceſſit atque comitatum Hannoniæ Balduino VI. Comiti Flandriæ in dotem attulit.

MEYERUS *Lib.* 2. & 3. OLIVAR. *Vreedius in Genealogia Comit. Flandriæ Tab. 2.*

In Comitatu *Luxenburgenſi* poſt Conradi II. obitum ejus ſoror *Hermanſindis*, conjux Godofredi C. Namurcenſis ſucceſſit, quorum filius & ſucceſſor, Henricus Coecus, quum nullos ex priori mitrimonio liberos haberet, Comitatum Namurcenſem ſorori *Adelheidi*, Balduini IV. comitis Hannoniæ conjugi in dotem dedit, poſtquam vero ex altero matrimonio filiam *Ermeſindim* nactus eſſet, conjugem Theobaldi C. Barrenſis, illi tanquam legitimæ heredi Comitatum Namurcenſem reddi voluit, belloque ea de cauſa inter Theobaldum & Balduinum orto, ita tandem hæc controverſia compoſita fuit, ut Theobaldi conjux dimidiam partem illius comitatus, atque certam pecuniæ ſummam ſingulis annis obtinuerit. Comitatum quoque Luxenburgenſem Theobaldus, quicquid Frid. I. Imper. in contrarium egerit, conjugi ſuæ vindicavit, quæ poſteriori matrimonio Walramo, C. Limburgenſi eum in dotem attulit, e cujus poſteris cum Sigismundus Imperator ducatum Luxenburgenſem vendidiſſet, ejus ex filia Elisabetha neptes illum merito vindicare voluerunt, ſed accepta pecuniæ ſumma tandem acquieverunt.

OLIVARIUS *Vreed.* in probat *Geneal. Flandr.* P. 1. p. 26.
TESCHENMACHERUS *Annal. Cliv. p. 44.*
DU-CHENIUS *Hiſtoire de Luxenb.* in *probat. p. 44.*

PONT. HEUTERUS *Rer. Burg. lib. 4.* In Ducatu quoque *Lotharingiæ* femineam ſucceſſionem jam olim receptam fuiſſe, tam ex Friderici III. Ducis Lotharingiæ literis apud Hier. Vignierum *Hiſt Geneal de la Maiſon de Lorraine* in *Probationibus* p. 149. quam Ordinum Provincialium ejus temporis decreto apparet, quo juxta

gaudere poterant, niſi ad id ab Imperatore, qua ſupremo Imperii Capite, & Domino Directo ſpeciali quodam privilegio habilitatae fuerint.

Non

---

eundem Auctorem *Nobiles & Vaſalli Ducatus Lotharingiæ publice proteſtati ſunt*, Jus eſſe & Conſuetudinem in Ducatu Lotharingiæ a tempore, cujus non extat memoria, hactenus obſervatam *ut, quoties filium Primogenitum Ducis Lotharingiæ, qui pro tempore fuit, mori contigerit ante Patrem, relictis liberis legitimis maſculis vel feminis, uno vel pluribus*, illi *vel* illæ *in Ducatu Lotharingiæ præ omnibus aliis ipſius Ducis heredibus debeant ſuccedere loco patris.* Atque ad hanc feminæ ſucceſſionis conſuetudinem, cum poſt Caroli I. Ducis obitum de ſucceſſione in Ducatum Lotharingiæ inter *Iſabellam* ejus filiam, generumque Renatum Andegavenſem & Antonium Vaudemontium controverſia orta eſſet, iidem Ordines provocarunt, hoc apud auctorem citatum, decreto: *Nous conſiderons pour verité la* Coutume Generale Ancienne de Lorraine, *& la tenans etre telle par nos predeceſſeurs, & nous meſme la tenans telle que toutes & quantes fois il eſt advenu au tems paſſé*, que aucun des Ducs de Lorraine eſt allé de vie a tres paſſement ſans delaiſſer hoir maſle apres luy, né & procuré de ſon cors en loyal mariage, que toujours ice les FILLES luy ayent ſuccedé & doivent ſuccedre, comme des vrayes heretieres du dit Duché, Principaute & Seigneurie de Lorraine ſans aucun contredit &c.

Comitatus *Namurcenſis* Balduini, cujus in præcedentibus mentio facta, poſteris maſculis cum Balduino V. exſtinctis in hujus filias *Johannam* primum ac dein *Margaretham* devolutus fuit, hujus vero deſcendentibus maſculis deficientibus, *Margaretha* Malana illum ad maritum ſuum Philippum Audacem, Ducem Burgundiæ, attulit.

BALDUINUS AVENN. in *Chr. Hannon. Cap. 18.* OLIV. VREED. in *Geneal. Comit. Fland. Tab.* 2.

De promiſcua ſucceſſione in *Burgundia* OTTO *Friſing.* in *vita Friderici I. cap. 29. MOS*, ait, *in Burgundia, qui pene in omnibus Galliæ provinciis ſervatur, remanſit, quod ſemper ſeniori fratri, ejusque liberis ſeu maribus ſeu fœminis patenæ hereditatis cedat autoritas.* Quod exempla quoque ſucceſſionis femininæ in Burgundiæ ditionibus comprobant. Regnum enim *Burgundiæ* Rudolphus III. ſororis ſuæ natu minimæ *Giſelæ* filio Henrico II. Imperatori primum deſtinaverat, ſed mox promiſſi eum poenituit, utroque vero abſque prole mortuo, Odo dux Campaniæ, uxoris ſuæ, *Bertæ*, ſororis Rudolphi natu maximæ jure illud vindicare merito contendit, cui vero Conradus II. Imperator uxoris ſuæ *Giſelæ*, neptis Rudolphi ex altera ſorore ſe oppoſuit, controverſia tandem morte Odonis finita.

WIPPO in *vita Conradi.*

In Comitatu *Burgundiæ* Rainaldi filia *Beatrix*, Friederici Imper. conjux, atque dein ejus ex filio Ottone neptis *Beatrix*, hujusque filio Ottone mortuo, filia, *Aliſa*, poſteaque Ottonis IV. filia natu major *Johanna* uxor Eudonis D. Burgundiæ ſucceſſit, ejusque poſteris maſculis exſtinctis, natu minoris *Margarethæ*, ex filio Ludovico II. C. Flandriæ, neptis *Margaretha* comitatum illum Philippo Audaci Duci Burgundiæ in dotem attulit.

MEYER. & OLIV. VREED. l. c.

Ducatus vero *Burgundiæ* plurimarumque, quas hactenus commemoravimus, ditionum heres facta fuit *Maria* unica Caroli Audacis filia, ejusque matrimonio cum Maximiliano I. tot opimæ regiones ad Sereniſſimam Domum Auſtriacam tandem pervenerunt.

Etſi ergo, quæ de promiſcua ſucceſſione

Non alio enim modo & via Johannes Cliviæ Dux, poſtquam Mariam,

ſucceſſione in variis Galliæ Belgicæ regionibus diximus, ad Cliviæ quoque Juliæ & Montium Ducatus, utpote in Gallia Belgica maximam partem ſitos jure applicari poſſint, ſimilem tamen in illis ſucceſſionem propria earum conſuetudo non minus quam antiquæ inveſtiturarum formulæ aliaque argumenta penitus evincunt atque extra omnem dubitationis aleam ponunt.

Habent enim Ducatus Cliviæ, Juliæ & Montium id peculiare, quod in Francia Ripuaria poſiti ſint, cujus Legibus *cap. 56.* cautum eſt, ut fœminæ exſtinctis maſculis in hereditates ſuccederent; unde inter alia procul dubio factum, ut promiſcua ſucceſſio in principatibus illis quoque introducta fuerit, quam perpetua quoque conſuetudo comprobat.

Quum enim Johanne, *Cliviæ* Comite anno 368. abſque prole defuncto, circa ſucceſſionem in *Cliviæ* comitatu lis orta eſſet inter ſororis ejus *Eliſabethæ* & neptium ex fratribus ac prædeceſſoribus ſuis Ottone & Theodorico *Imgardis* & *Margarethæ* filios, quæſtio non fuit, an fœminæ in illo comitatu ſuccedere poſſint, ſed cujus deſcendentes præferri deberent, tandemque *Margarethæ* tanquam proximioris filius, Adolphus C. Marcanus, ſucceſſit, proprioque ſic jure, nulla vero, ut Lucius Veronenſis fabulatur, imperatoris gratia.

ECCARDUS in *Not. ad LL. Ripuarias.*

FRID. RHETIUS, *de feudis Clivenſibus.*

PONTAN. *Hiſtor. Geldr.* Lib. 6. 7.

TESCHEMACHER. p. 237. *edit. poſt.*

Sunt præterea veteres inveſtiturarum formulæ generales atque Comites Ducesque Clivenſes ditionibus ſuis una cum *heredibus* ac *ſucceſſoribus* ſuis inveſtiti, quibus juxta conſuetudinem promiſcuæ ſucceſſionis in illa regione pariter ac tota Gallia Belgica receptam fœminæ excludi haud poſſunt.

COD. DIPLOMAT. *apud Teſch.* p. 35. 80. 81.

His accedit, quod Cliviæ Ducatus atque Comitatus Marcani unione ab Adolpho I. Duce & Ordinibus A. 1418. facta atque ab Imperatore confirmata non ſolum promiſcua, ſed & linealis in illis ditionibus ſucceſſio ſecundum jus primogenituræ tam maſculorum quam fœminarum in perpetuum ſtabilita fuerit.

COD. DIPL. *cit.* pag. 84. 85. 86. 87. Atque ideo factum, ut *Margaretha* Adolphi Cliviæ Ducis filia, cum Alberto Comiti Hollandiæ nuberet, in renunciatione ſua A. 1433. Jus primogenituræ ſibi reſervaverit, verbis: Ausgenommen ob unſer lieber Schwäher und Vetter und ſeine Ehliche Sone mit Tode abginge, da GOtt lange vor ſey, daß wir obgenante Margarite und unſere Erben dann an die obgl. Landen, Städten und Schlöſſern, Renthen und Gülten, Gütern beweglich und unbeweglich ſollen Erben und haben, was wir als die Aelteſte Tochter und uns Erben billig und von Rechtswegen davon Erben und haben ſollen und mögen, getreulich und ohn alles gefehrde.

Neque aliter ſe res habet cum ſucceſſione in ducatum *Iuliacenſem.* Præterquam enim quod & ille Ducatus nonſolum in Gallia Belgica ſed & Francia Ripuaria ſitus ſit, ex variis allodiis idem compoſitus eſt, indeque factum, ut & ſucceſſio in illo promiſcua ſemper obtinuerit, quod varia rurſus exempla comprobant. Johanne enim Comite Falckenburgenſi A. 1352. ſine prole defuncto, Carolus IV. Imperator Comitatu Falckenburgenſi,

riam, unicam VVilhelmi Juliæ & Montium Ducis filiam in uxorem duxit, ad hanc

genſi, qui ducatus Juliæ inſignis pars eſt, Johannis Sororem natu maximam *Philipotam* atque VVilhelmum Juliæ Ducem, in cujus favorem illa jure ſuo ceſſerat, ſolemniter inveſtivit, atque licet idem imperator animum ſuum poſtea mutaverit, ac Walramum quoque Philipotæ conſobrinum eodem comitatu inveſtiret, quæſtio tamen non fuit, an feminæ in illo ſuccedere poſſint, ſed an masculi ſuperſtites eis præferri debeant.

CHR. BUTKENS *Troph. Brab. p. 484.* Sed & Rainaldo, Geldriæ, & Juliæ duce Ao. 1423. mortuo Sigismundus Imperator ejus ſororis *Johannæ* ex filia *Maria* nepotem, Arnoldum C Egmondanum matris aviæque ſuæ jure utroque Ducatu inveſtivit, atque licet is poſtea ſententiam ſuam mutaverit, atque Adolphum Ducem Montium ducatu Juliæ inveſtiverit, injuriam tamen ſibi fieri Arnoldus ſatis abunde docuit.

PONT. *Hiſt. Geldriæ L. 9.*

WILH. HEDA *de Epiſc.* Ultraj. p. 285.

Johannes quoque Comes Loſſenſis matris ſuæ *Johannæ*, dicti Reinoldi amitæ jure, ſucceſſionem in ducatum Juliæ prætendit, neque Adolphus jus ſucceſſionis feminarum in dubium tum vocavit, ſed tantum Johannæ deſcendentibus ſe præferendum contendit, tandemque cum Johanne ita tranſegit, ut ejus poſteri quarta parte redituum ex ducatu Juliæ frui debuerint, eandemque Comites Naſſavii, utpote a Johannis filia *Maria*, orti, olim quoque poſtulaverint.

GROTII conſilium Jurid. ſuper iis, quæ Naſſavici in Juliam & Geldriam ſibi competere dicunt.

TESCHENMACHER p. 408. 410. 411.

Neque propterea Wilhelmi ultimi ducis Juliacenſis unica filia *Maria* alio quam promiſcuæ ſucceſſionis jure in Ducatu Juliæ ſucceſſit, eumque cum aliis ditionibus ſuis ad Johannem III. Ducem Cliviæ attulit. Egregie quoque illam ſucceſſionis rationem confirmant veterum inveſtiturarum formulæ, utpote de *heredibus* & *ſucceſſoribus* ſine diſcrimine ſexus conceptæ, atque ex conſuetudine recepta omnino explicandæ.

COD. DIPL. apud Teſchenm. p. 218. 219. 220.

Eodem denique modo comparatum eſt cum ſucceſſione in ducatu *Montium*. Etſi enim ille ducatus ad Galliam Belgicam haud pertineat, fuit tamen pars Franciæ Ripuariæ, indeque procul dubio factum, ut ſucceſſio promiſcua in hoc ducatu perpetua conſuetudine obtinuerit. Quoties enim exſtincti fuerunt maſculi, toties feminæ quoque in illo ſucceſſerunt. Adolpho enim absque prole maſcula A. 1226. defuncto, ejus filia *Cunigardis*, Henrici Limburgici conjux horumque poſteris maſculis cum Adolpho VII. exſtinctis, hujus filia *Margaretha*, Othonis C. Ravensbergenſis uxor, & denique horum filia *Margaretha* in illo ducatu ſucceſſerunt, cujus poſtremæ conjugio cum Gerhardo, Juliacenſi Principe, ducatus Montium & Comitatus Ravensbergenſis cum Ducatu Juliæ conjuncti atque tandem in *Mariam* Iuliacenſem devoluti fuerunt.

G. ECCARDUS in Not. ad LL. *Ripuarias* pag. 207.

TESCHENM. p. 434. 444. 469.

Haud quoque parum promiſcuam hanc ſucceſſionem priſtinæ inveſtiturarum literæ comprobant. Quemadmodum enim Duces Montium atque *heredes* illorum juxta *Conſuetudines feuda-*

hanc ſucceſſionem (*b*) aſpiravit, neque aliter anno 1521. ſuper binis hisce Ducatibus ſolemnem inveſtituram accepit. Plura (*i*) hujusmodi exempla ex Domo Juliacenſi & Clivenſi adduci poſſent, niſi illa ex hiſtoriis & documentis publicis ſuperabundanter conſtarent.

Cum igitur VVilhelmus Juliæ, Cliviæ & Montium Dux Sereniſſimæ ſuæ Domus Hæres Mariam Auſtriacam Imperatoris Ferdinandi I. filiam & Imperatoris Caroli V. Neptem in conjugem duceret, ad majorum ſuorum exemplum recurſum

---

feudalem ditionibus ſuis ab Imperatoribus inveſtiti fuerunt, ita ſub illis formulis feminas pariter ac maſculos juxta conſuetudinem loci comprehendi, neceſſe eſt.

COD. DIPL. *cit.* p. 221. 222. 234.

Vnione denique ditionum ſuarum a Wilhelmo Juliæ & Montium Duce ac Comite Ravensbergenſi & Joh. II. Cliviæ Duce & Comite Marcano Ao. 1496. facta, promiſcua non ſolum in illorum Regionibus ſucceſſio, ſed & jus primogenituræ in perpetuum ſtabilita fuerunt.

COD. DIPL. *cit.* p. 121.

Quum itaque ex his, quæ diximus, promiſcua atque linealis in Ducatibus Juliæ & Montium ſucceſſio ſatis, opinor, abunde conſtet, feuda ea eſſe maſculina, atque feminas nunquam in illis niſi ex ſpeciali gratia ſucceſſiſſe, ab auctore hujus deductionis falſo aſſeritur.

(*b*) Imo Mariam in ducatus Juliæ & Montium jam diu ante receptæ in illis promiſcuæ ſucceſſionis jure ſucceſſit atque Johannes, Dux Cliviæ cum ſuis *heredibus* binis hiſce ducatibus a Carolo V. Ao. 1521. ita inveſtitus fuit, ut eos poſſideret, iisque frueretur juxta illorum conſuetudinem, vel ut verba ſe habent: Reichen und verleyhen Ihm die von Römiſcher Kayſerl. Macht, wiſſentl. in Krafft dieſes Brieffes, zu beſitzen, und der zugebrauchen und zu genieſſen als dann ſolcher Hertzogthum, Fürſtenthum, Grafſchafft und Herrſchafft Lehn-Recht und Herkommens iſt.

(*i*) Tria ejusmodi exempla Lucius Veronenſis p. 88. adduxit, *Irmgardis* videlicet poſt obitum patris Ottonis; *Margarethæ* quoque defuncto Theodorico patre, a ſucceſſione in comitatum Cliviæ: *Johannæ* denique, Reinoldo defuncto, a ſucceſſione in ducatum Juliacenſem excluſarum. Aſt Irmgardis, ejusque filii jus ſuum proſequi haud neglexerunt, ſed accepta pecuniæ ſumma illi renunciarunt; *Margarethæ* autem filius Adolphus, Comes Marcanus, matris ſuæ proprioque Jure, non Caroli IV. Imperatoris gratia in comitatu Clivenſi tandem ſucceſſit. *Johannæ* autem ex *Maria* filia nepos, Arnoldus Egmondanus Ducatu Juliæ pariter ac Geldriæ a Sigismundo Imperatore inveſtitus, mutato vero hujus conſilio, injuriam paſſus fuit, qua de Wilhelmus *Heda* de *Epiſc. Vltraj.* pag. 285 *Arnoldus*, ait, *Dux usque adeo exarſit in bella Trajectanorum, ut quamvis jam Maria, prius Reinoldi Ducis, poſtea uxor filii Ducis Montenſis, Uſufructuaria Comitatus Juliacenſis decederet, & jam idem comitatus devolveretur ad Ducem Geldriæ, negligeret arripere dominium & fidem a principibus exigere, & cum Imperator potentiam Ducis Philippi, cui Arnoldus adhærebat, tanquam ambitiosis ad Imperium, nimis haberet vel ſolicitam vel ſuſpectam, inveſtivit ducem Montenſem in Comitatum Juliæ, quem actu poſſidebat*; Vide etiam quæ

